ad inteſtati parentis ſui ſuceſſionem admittantur, (D) non habere eos, qui emancipati ſe in adrogationem dederunt, nõ dubitamus; (E) ante petitam quippè bonorum poſſeſsionẽ, ſtatus mutationem poſtea evenientẽ nihil filio obeſſe, quominùs id quod acquiſivit retineat, (F) pro certo iure habetur.

*bon. poſ. contra tab. cum, & iura ſuitatis; & agnationis amittãt. l. 4. §. 10. de grad. l. in omni 13. de adopt. l. 35. in fin. & l. 55. de rit. nupt. & extraneorum loco habeantur, §. 6. Inſt. quib. mod. iuſ. pat. Donell. 2. com. 26. vbi Oſual. lit. C. Fab. lib. 3. coniect. 10. & lib. 19. cap. 17.*

(D)

*L. 2. l. 3. & toto tit. Vndè liberi, l. 1. §. fin. quis ordo in bon. poſ. ſerv. l. meminimus, verſ. Cum igitur. C. de ligit. hæred. l. 1. & 3. C. Vndè liberi, §. 1. Inſt. de bon. poſ. & quidem colore quodam ſuitatis, reſciſſa capitis diminutione, l. 6. §. 1. de bon. poſ. l. non tantũ 3. §. 7. de bon. poſſ. cont. tab. Retes in adverſ. cap. 18. n. 7. vndè lucem accipit text. in l. 26. §. 1. de pignor. & hyp.*

(E)

*L. ſi emancipatus 6. §. ſi filius 4. de bonor. poſſ. cont. tab. l. ſi nepos 5. de coniugend. cum emancip. lib. Retes vbi ſupra cap. 13. & 14. l. 3. §. 6. l. non putavit 8. §. in adoptionem 11. de bonor. poſſeſ. cont. tab. l. 3. Vndè liberi.*

(F) *Textus in l. vltim. ff. vndè liberi.*

## II.

CVm adoptio actus vtpotè civilis, & legitimus (A) per aliũ civilem diſolvi queat, imò,

(A)

*L. 3. & 4. de adopt. l. 1. C. eod. ita,* vt fiat ei legibus filius, cui natura filium proprium denegavit. *Vt loquitur Iul. Firmic. 6. matheſeos, cap. 31. cui conſonat Claudianus in 6. Honor. Conſulat. dum cecinit:*

Hic illi manſère viri quos mutua virtus
Legit, & in nomen Romanis rebus adoptans,
Iudicio pulchram ſeriem non ſanguine duxit.

*Adoptionis ſolemnitates ſuſtulit Iuſtinianus vt conſtat ex l. vlt. C. de adopt. §. ſed hodie Inſt. eod. an quis poſſit ad tempus, ex tẽpore, ſub conditione, aut per aliũ adoptare. Obſervandi tex. in l. poſt mortem 25. in fin. de adopt. iuncto Retes 1. opuſc. 22. num. 23. l. nec apud peregrinos 7. C. de hæred. Inſt. l. ſi paterfam. 41. in fin. & l. ſeq. de adopt. §. minorem Inſt. eod. Petrus Faber. 2. ſemeſtr. cap. 23.*

*Ar-*

(B) imò, & tanta facilitas adoptionis ſit, vt poſsit quis vno die filius fieri, & extraneus per emancipationem inveniri, (C) placuit, filium exeuntem de poteſtate patris adrogantis, & nullo vel juris, aut ſanguinis vinculo manente, (D) jura ſuitatis amitentem, iterum à Prætore ad ſucceſsionem naturalis parentis admiti, (E) ac ſi adrogatio nunquam interceſſiſſet.

(B)

*Argum. l. 8. de reg. iuris, & tex. in §. vlt. de legit. ag. tut. l. 10. C. de adopt. l. nihil tam naturale 35. l. fere 153. de reg. iuris Borcholt. in d. §. 3. de legit. agnat. tut. & in §. fin. de capit. diminut.*

(C)

*L. 9. & 10. C. de adopt. §. ceteri 3. Inſt. de hæred. qual. & diff. Donel. 7. com. cap. 3. Duar. ad tit. de adquir. hæred. cap. 2.*

(D)

*L. 6. §. 1. de bon. poſſ. l. 4. §. 10. de grad. l. 13. de adopt. ibi:* Finita Patris adoptivi poteſtate nullum, ex priſtino retinetur veſtigium. *Cujatius lib. 36. queſt. Pap. in d. l. 13. imò & patriam dignitatem amittit, l. 6. & 7. de ſenator. l. 4. C. de decur. l. ordine, §. vlt. & ſeq. ad municip. Concinit Tulius in oratione pro domo ſua, ibi:* Adoptatum emancipari ſtatim, ne filius ſit eius qui adoptavit. *Et ideo nec ab inteſtato, nec contra tabulas admittitur, §. eadem 12. hoc noſt. tit. & §. adoptivi 4. de exhæred. lib. l. 1. §. liberos 6. ſi tab. teſt. nullę ext. & vndè liberi.*

(E)

*L. liberi 4. ff. vndè liberi cum adoptionis iura diſſoluta ſint per emancipationẽ. l. 1. §. 6. ſi tab. teſt. Ceſſante autem cauſa effectum extingui neceſſè eſt, l. adigere 6. §. quamvis 2. de iure patron. l. vlt. quib. ad libert. proclam. non lic. l. ſenatoris filius 8. l. fœminæ de ſenator. §. 2. Inſt. de nupt. & tunc à Prætore velut inter ſuos annumeratur, l. 1. §. 2. de ſuis, & leg. l. 5. C. de legit. hæred.*

## III.

SEd quia emancipatione intercedente filius debeat exire à poteſtate patris adrogantis, (A) vt bonorum poſſeſsionem

(A)

*L. virum 9. de bonor. poſ. cont. tab. ſufficit enim eſſe in familia adoptiva, vt bonorum poſſeſſio ei denegetur. Faber in Iuriſp. tit. 10. princ. 1. illat. 12. Emmanuel Acoſta lib. 1. ſelect. cap. 15. n. 2.*

*Cu-*

nem ad inteſtati parentis ſui na
turalis ſucceſsionem adipiſca-
tur, exeuntè filio per patris ad-
rogantis mortem ab illius po-
teſtate nullatenùs ſucceſsioni ad
parentis naturalis bona locus
remanet, nam qui iam in vna
(B) familia iura ſui hæredis ob
tinuit, minimè ea in alia debet
(C) appetere.

*Cujat. tract. 4. ad Afric. in l. ſi duobus 14. §. 1. de bonor. poſſ. cont. tab. Retes in adverſ. cap. 5. num. 9.*

(B)

*L. 3. §. ſi pater, l. 6. §. ſi filius, l. 8. l. 9. l. 14. §. filius de bonor. poſſ. cont: tab. cum non minus in ſacris parentum constituti filij adoptivi, quam naturales dicantur, l. 1. §. is quoque de collat. bon. l. 17. §. in adoptiva, de muner. & honor. l. 39. de oper. libert. ita vt adoptatus adoptātis nomem ſortiatur, vt ex Apiano lib. 3. bel. civ. & Tacito lib. 3. annal. Suetonio in Tiberio cap. 6.* Poſt redditum in vrbem â M. Gallio Senatore teſtamento adoptatus, hæreditate adita mox nomine abſtinuit, quod Gallius adverſarum Auguſto partium fuerat. *Vndè Iuſtinianus noſter à Iuſtino patre ſuo adoptivo nomen ſumpſit, cuius ipſe meminit in §. eſt, & aliud 3. de donat. & in §. pen. quib. mod. teſt. infirm.*

(C)

*L. pen. C. de adopt. ratio enim iuris non patitur, vt quis ius ſui hæredis habeat in duabus familijs. Contra autem Centumvirale iuditium antiquitus contigit ob excelentiſſimi filij gratiam, vt refert Valerius Maximus lib. 6. cap. 7.* Marcus Annelus, Marcij Carſeolani Splendidiſsimi Æquitis Romani filius â Suſanate avunculo ſuo adoptatus teſtamentum naturalis patris, quo præteritus erat, apud centum viros reſcidit.

## IV.

ETſi emancipatio à patre ad-
rogante quocumque tem-
pore facta nihil iuris in eius bo
nis (A) filio relinquat; vt ta-
men ei bonorum poſſeſsio ad

(A)

*Arg. text. in l. provt 80. de ſolut. l. 2. §. objicitur 15. ad Tertyl. l. 1. §. & ſui, l. 3. §. ſed ſi ſit, de bonor. poſſ. cont. tab. l. ſi quis, §. vlt. de lib. & poſthum. Anton. Fab. in Iuriſp. tit. 11. prin. 1. illat 24.*

ſucceſsionem patris naturalis,
quā per adrogationem amiſsit,
reſtituatur, debet celebrari ante
huius mortem, (B) alioquin
eſſet in poteſtate patris adrogā
tis, num ſucederetur ex teſta-
mento, an ab inteſtato; & ſi ab
inteſtato quinā ſucceſſuri eſsēt?
liberi ne ſi emancipentur, an
agnati, ſi liberi in poteſtate
retineantur; quod iuris ratio
(C) non patitur.

(B)

*Dict. l. 6. §. vlt. de bon. poſſ. cont. tab. Retes in adverſ. cap. 5. num. 8. l. 2. verſ. Hi enim, l. 4. vnde lib. l. 1. §. liberos 6. l. liberi 4. ſi tab. teſt. nec intereſt, an adoptatus, an vè adrrogatus emancipetur, dummodo vtroque caſu emancipatio præcedat mortem patris naturalis. Notat Vinnius ad §. 4. de exhered. liber.*

(C)

*L. illa inſtitutio 32. de hæred. inſtit. ne ex alieno arbitrio pendeat ſuceſſio fac. tex. in l. ille autem, & l. ſi quis ſempronium, l. Captatorias, l. clemens, §. fin. eod. l. Nonnumquam de condit. & demonſt. l. item ſi vnus, §. idem Pomponius quærit de arbitris, l. ſi in diem, de condit. & demonſt. l. ſi ita legetur de leg. 2. l. 11. de leg. 3. Acoſta lib. 1. ſelect. cap. 21. num. 2. Antonius Auguſtin. lib. 4. emend. cap. 15 Cujatius lib. 2. obſerv. cap. 2. & ad l. ſenatus, §. legatus de leg. 1. Retes ad notas Claudij in l. vxorem 41. §. ſcævola 13. de leg. 3. fol. 440. licèt ea ratio ſimplicitèr concepta non placeat Ioanni Fabro in hoc n. §.*

## V.

CÆterum licèt in linea teſ-
tati, & inteſtati bono-
rum poſſeſsiones, *Contra tabu-
las, &, Vndè liberi,* pariter cur-
rere videantur (A) ſunt tamen
perſonæ habentes bonorū poſ-
ſeſ-

(A)

*L. 1. §. rectè autem, ſi tab. teſt. nullæ ex tab. ibi*: Rectè autem Prætor à liberis initium

ſeſsionem, contra tabulas, quibus ſine teſtamento patre decedente negaretur vndè liberi, adoptati nimirum, (B) in poteſtate patris adoptivi exiſtentes; non autem adrogati, (C) cum magis extranei patri naturali cenſeantur.

tium fecit ab inteſtato ſucceſſionibus, vt ſicuti contra tabulas ipſis deffert, ita, & ab inteſtato eos vocet. fac. l. quotiens 12. C. de ſuis, & leg. l. 1 quis ordo in bõ. poſ l. 12. de ſuis & leg. Novella 118. cap. 1. §. 2. Inſt. de hæred qual. Gothofred. in d. l. 1. §. rectè 5. lit. M. & ad ll. 12. tab. tit. de hæredtat. quæ ab inteſt. defferant. Viglius in §. vlt. de exhæred. liber.

(B)

L. 1. §. is quoque 14. de collat. bon. iuncta l. non putavit 8. §. in adoptionem 11. & l. ſi adoptionem 11. de bonor. poſſ. contra tab. nam Prætor non habebat omnino extraneum, quem pater, tamquam filium tractavit; eumque hæredem inſtituit, vt ex Labeone ſcribit Vlpianus in d. l 8. §. in adoptionem iuncto §. vlt. & l. ſeq. l. ſi poſt mortem 10. §. 1. & 2. l. cum emancipatus 13. §. 1. & 2. de bonor. poſ. contra tab. l. 1. §. ſi filius 12. de vent. in poſſ. mit. Fab. vbi ſup. tit. 10. princ. 1. illat. 12. Retes vbi ſupra cap. 5. num. 8.

(C)

Arg. l. pen. C. de adopt. Faber. vbi nuper.

## VI.

OBſervandum tandem, non ſemper corrigendi iuris civilis gratia, ſed & adiuvandi, (A) ſive confirmandi hanc bonorum poſſeſsionem à Prætore polliceri, vti etiam ad ſucceſsionem eius, in cuius nunquam poteſtate fuit is, cui datur, ſcilicèt nepoti in poteſtate retento ad ſucceſsionem patris ſui emancipati. (B) Sed Iuſtinianus Conſtitutionibus ſuis (C) ius quod circa emancipationem, & adoptionem obtinebat, immutavit adrogatione, vt antea derelicta.

(A)

§. 1. Inſt. de bonor. poſ. §. 3. de exhæred. lib. §. 9. de hæredit. quæ ab inteſt. §. 3. de leg. agnat. ſucceſ. vbi Bachovius, l. 7. §. 1. de iuſt. & iur. datur enim & ſuis, & legitimis, & hæredib9 ſcriptis §. ſunt autẽ 3 de bonor. poſ l. 2. §. interdum de ſuis & leg. l. 2. §. deffertur. verſ. Nam ſicut de bonor. poſſ. ſec. tab. l. in pluribus 69. verſ. Idem iuris de acquir. hær. l. 1. quis ordo in bon. poſ. ſerv. l. 1. §. ſed videndũ de ſucceſ. edic. Vinnius in princ. tit. Inſt. de bon. poſ.

(B)

L. 7. de bonor. poſ. cont. tab. l. 6. §. 2. eod. quia ſuus futurus erat patri ſuo, ſi pater non fuiſſet emancipatus, l. 4. l. ſi pater filium 6. vnde lib.

(C)

L. 10. C. de adopt. §. ſed hodie 2. Inſt. eod. l. vlt. C. de emancip. liber. Novella 118. cap, 4. & 5. Gomez lib. 1. variar. cap. 1. Donel. 2. com. cap. 22. & lib. 3. cap. 6. Fab. in Pap. tit. 10. princ. 1. illat. 12. Cujat. in d. Novell. 118.

Aſſertor erit EMMANVEL DEL GAZO, ET LA MATA, Iuris Canonici ſtudioſus. Præerit BRAVLIVS SALVADOR, ET BERNAD, I.C.B. 12. Kalendas Decemb. Locus Academiæ Clauſtrum. Hora 2. poſt meridiem. Anno 1689.

CÆSAR-AVGVSTÆ: APVD EMMANVELEM ROMAN, VNIVERSITATIS TYPOG.

# PLACITA LITTERARIA DESVMPTA;

## *Ex §. Præferuntur 3. Inſtit. de Senatus Conſulto Tertylliano lib. 3.*

I.

SEnatus-Conſultum Tertyllianũ, quod Divi Adriani temporibus factum eſſe creditur, (A) ita matres ad luctuoſam (B) filiorum hæreditatem vocabat, vt nonnullas perſonas eis præferret, quarum primum locum vendicant inteſtati filij ſui hęredes, quique ſuorum loco (C) ſunt; & nihil refert an liberi ſint adoptivi, anuê naturales; dummodô

adop-

(A)

§.2. *ſup. h. n. t. alij ad Divum Pium referunt, eo quod ob adoptionem Adrianus nuncupatus ſit. Cujacius in not. ad Vlpian. Zonaras lib. 2. & merito, nam Tertullum Conſulem in imperio Pij floruiſſe probat Ioannes Cuſpinianus in not. ad Caſsiodorum anno vrbis* 911.

(B)

*Sic loquitur tex. in l vlt. C. de inſt. & ſubſt.* triſte lucrũ *in l vlt. C. comm. de ſucceſſ.* luctuoſam portionem *in l. 28. de inoffi. teſt.*

(C)

*Vt ſunt emancipati qui à prætore vocantur,* §.9. *ſup. de hæred. quæ ab inteſt. defer. l. 2. ff vnde legitimi, l. vlt. ff de ſuis, & legitimis l. 4. ſi tab. teſt. null. ex tab. l. 6 ff. de bon. poſſ. Novell.* 118 *& nepotes, & pronepotes ex conſt Iuſtinian. in l. 9. C. de ſuis, & leg.*

adoptivi, in ſacris parentum degant, (D) alioquin matrem illis abſolutê præferendam eſſe non dubitamus.

## II.

CÆterum ſi filia in adoptionem legitimê data, cum matre concurrat, ceſſare Tertyllianum ſacris conſtitutionibus (A) cautum eſt: eaſque ſimul ad bonorũ poſſeſsionem, *undè proximi cognati* (B) trahendas eſſe Divus Pius reſcripſit; (C) verum ſi filia in petitione bonorũ poſſeſsionis ceſſaverit, (D) tunc matrem ex Senatus-Conſulto ſucceſſurã citra Iuliani ſententiam (E) validê propugnavimus.

De

(D)

*L.2.§ liberi 6. ff. ad S.C.Tertyl. l.5. ff. eod.* ſi ex naturalibus fuerint adoptati non excluduntur, *d.l. §. liberi, l.11. C. de ſuis, & legit.*

(A)

*D.l.2 §. 9. h.tit. C ad S.C.Orphitianũ, d.l.11. C.de ſuis, & legitimis l. 3. & penult. C. Theod. de legit. hæred. Arnoldus Vinius hoc §. n. num 2. Balduinus ad ll. 12. tab. cap. 27.*

(B)

*Argum. tex. in l. 1. ff. quis ordo in bon. poſſ. ſerv. l 1. ff. ſi tab. teſt. null. ext. § 13. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer. l. 1. §. 2. ff. undè legit. Vveſembecius in Paratl. n. 2.*

(C)

*D.l.2. §. ſed ſi quis 9. ad Tertyll. l. 8. C. eodem. Cujacius in Novell. 118.*

(D)

Nam renuntiaſſe videtur, *d.l. 2. §. 9. & l. 9, C. ad Tertyll. Don. lib. 9. Coment. cap. 2.*

(E)

*D. l. 2. §. 9. quæ refertur, & reprobatur ab Vlpiano.*

## III.

DEtinet etiam maternam ſucceſsionẽ, pater naturalis (A) manumiſſor, in bonis, tâm filij quâm filiæ, cum ex jure contractæ fiduciæ (B) ei hæreditas adquiratur; neutiquam verò adoptivus, ſi quidem ſubſequta emancipatione, nullum patris veſtigium, (C) in eo remanet: itaque, nec bonorũ poſſeſsionem, quæ patri naturali deferebatur, (D) adoptivo concedendam Prætor judicavit.

## IV.

SEd ſi inter matrem, & avum ſolos de hæreditate agitur, (quo ſenſu tutior ſententia Iuſtinianum excipit.) (A)

Avum

(A)

*L. 2. §. obicitur, ff. h. tit. l. 2. C. eodem, verſic Pater, h. § n. l. 10. ff. de ſuis. & legit. Don. d. lib. 9. cap. 3. ubi Oſuald. lit.* A. interdum nõ præfertur, *d. Novel. 118. cap. 8. Vbi Cujacius, & Dioniſius Gothofredus in d. §. obicitur, lit.* Y

(B)

*L. patrem 5. ff ad Tertyll. Vlp. in fragm. tit. 26. l. æquiſſimum, §. 1. h. tit. l. 1. & 2. ff. ſi quis a parente fuer. manum. Pichardus ad h. §. n. in princ. & Balduinus hic.*

(C)

§. 10. *Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. deferunt. l. 3 undè cognati.* Ne ars vincat naturam. *ut loquitur Gothofredus in l. 3. ff. h. tit. lit.* Y.

(D)

*L. 3. de bonor. cont. tab. d. l. 1. & 2. ff. ſi quis à parent. fuerit. manum. Acurſius in d. l. 1. & 2. Michael Graſsis de ſucc. ab inteſt. q. 21. n. 3.*

(A)

*Contrariam tenent Pacius Hotom. & Vveſemb. relati à Vinio hic num. 3. Balduinus ad h. §. n.*

Avũ mater vincit, (B) quod ſi ſuperſit pater, quo potior eſt avus, proculdubiò avus matrem excludit. (C) Et quamvis pater nepotis emancipati, eum in adrrogationem habeat, adhuc avus beneficio manumiſſionis, (D) hæres erit ſicque avus, & pater tollendi ſunt, vt Senatus Conſulto, Locus detur,

## V.

INſuper matri quoque obſtant fratres cõſanguinei; (A) Soror autem, ſi ſola reperiatur, ſociã in ſucceſsione matrem habebit. (B) Verum ſi fratribus iuncta ſit matrem excludet, nõ iure proprio, ſed fratrum quibus adhæret; atſi fra-

tres

(B)

*L. æquiſſimum, §. 2. ff. ad S. C. Tertyll. l. filius 2. l. pater 17. de Caſtrenſ. pecul. l. 3. C. de bon quæ lib. l. 2. C. ad Tertyll. Don. d. cap. 3. Vinius d. n. 3.*

(C)

*D. l. æquiſſimum 5. l. 1. § nepos, ff. ſi quis à parente fuer. manum. ibi*: Solus admitetur avus ex interpretatione edicti. *L. 16. ff. de inoffic. teſt. & l. 2. C. eodem, & l. 1. ff. eodem.*

(D)

*D. l. 1. §. nepos, ibi*: Atque ſi ex ſervitute manumiſſus eſſet. *Et ſi pactum de non ſucedendo valere aliqui colligant, vt rectè notat Gothofredus in d. l. 1. §. 3. lit* B. *& l. 3. & 16. in fin. C. de Collat.*

(A)

*Argum Tex. in l. 92. de V. S. & verſic. Frater h. §. n. olim etiam patribus præferebantur, l. vlt. C. cõm. de ſucc. quam ſententiam tenet Vulterius hic n. 36. Cujacius in Novell.* 118. *Oſſualdus d. l. 9. cap. 3, lit.* G.

(B]

*D. l. 2. §. liberi, & §. obicitur. & l. æquiſsimũ 5. l. in ſuſpenſo 8. ff h. tit. l. quoties 4.* C. ad Orphi*tianum, l.* 11. *C. de ſuis, & legit.*

tres vterini (C) tantum ſint, eos omninò excluſos Senatus-Conſultum voluit; etſi poſtea (D) cum matre ſimul admictendos conſtitutum extet.

## VI.

TAndem ſi mater, & ſorores vna cõcurrunt ita dividendam (A) hæreditatem iudicamus; vt ſi defunctus ſit maſculus, in capita contingat; ſin autem fęmina, matri ſemis deferatur; alterque ſemis inter ſorores dividetur; ſi tamen fratres, matrem excludunt pro ęquis partibus (B) hæreditas cõpetit. Vndê ſi tres, aut quatuor mater enixa nõ fuerit tertia tantum pa-

tri-

(C)

*L. meminimus, C. de leg. hæred. Sed in bonis quæ à matre* proficiſ*cuntur ſuccedere, quidam probant vt Covarrubias de ſucceß. ab inteſt. num. 8. Bartolus in Authentic. itaque C. com. de ſucc. Cujacius conſult. 23. ex l. de emancipatis, C. leg. hæred. ſed ibi de vterinis non loqui credimus, cum Fachineo lib. 6. cap. 5.*

(D)

*L. vlt. C. h. tit l. 23. C de leg. hæred. d. Novell. 118. Iacobus Cancerius var. reſolut. tom.* 1. *c. 5. n. 14.*

(A)

*Verſ. Soror autem, h. §. n. l. 2. C, Theod. de ſecund nuptÿs, d. l. 2. §, liberi, h. tit, vbi Gloſſ. verb. liberi, d. l. quoties ad Orphit. Antonius Gomez in l. 6. Tauri num.* 8.

(B)

*Verſ. Sed ſi fuerant h. § n. l. in ſucceßione 6. C. de legit hæred. l. ſi quis 7. ff. h. tit. Patius in § n. n. 3. ſed hoc à Iuſtiniano deletum in Novell.* 118. *& §. ſed nos inf. h. tit.*

trimonij pars ei adiucatur: (C) Cæteræ verô duæ partes, pęnes defuncti patruum, aut eius filium remanēt. (D) Sed hodiê abſque liberorum jure (E) matribus ſucceſſionis aditus patet.

(C)

*L. fin. verſic. Patruo, C. ad Tertyll, Gloſſ. ibi verb. Conſtitutionibus; § ſed cum antea h. t. n. Oinotomus hic n 7. Authent. poſt fratres de legit. hæred.*

(D)

*L. 2. C. de iur. delib. §. ſed nos in fra. l. in aſsiduis, C. qui pot. in pig. hab. l. 8. in fin. C. de inoffi. teſt. vbi Gothofredus lit. O.*

(E)

*L. 2. C. de jur. liber. d. §. ſed nos infr. h. tit. l. 7. C. Theod. de legit. hæred Novell. 162. & 74. Paulus 4. ſentent. §. vlt. Etſi illud non petant eis conceditur, d. l. 2. & Novell. 78. cap. 5.*

DEFENSVRVS ADSTABIT D. IOSEPHVS NICOLAVS VALMASEDA, ORO, ET NAYA, PRÆERIT CAROLVS CARIÑENA, ET YPENZA I. C. B. LOCVS CERTAMINIS CÆSARAVGVSTANÆ ACADEMIÆ CLAVSTRVM XI. KALEND. FEBRVARII, HORA II. POST MERIDIEM. ANNO SALVTIS M.DC.LXXXVII.

*Cæſar-Auguſtæ: Apud EMMANVELEM ROMAN, Vniverſitatis Typog.*

# ACADEMICÆ ASSERTIONES

## De liberis extra matrimonium quæſitis, quibus prodeſt ſola naturalis cognatio, vt ſuccedant ex S. C. Orphitiano, & de illis quibus non prodeſt,

*Collecta ex verbis, & ſententia Iuſtiniani, in §. Noviſsimè 3. Inſt. de S. C. Orphitiano.*

I.

**Prōdeſt naturalis cōgnatio *Vulgo quæſitis.***

Cvm ſucceſio S.C. Orphitiani nitatur cauſa, & ratione naturali; proculdubio filius vulgo quæſitus, matri ſuccedit inteſtatæ, ex Orphitiano; (A) Ius enim ſan-

(A)

*Conſtat ex l.1 §.2. ad Tertil. leg. 29. §. 1. de inof. teſt. leg.18. de bonis liber. Paulo lib. 4. ſent. tit.10. §.1. l.1. cum ſequent. C. ad S.C. Orphi noſtro §.3. Inſt. eod. tit. Docent præter inſtituti. Interpret. Donel. & Illig. lib. 9. Comment cap. 2 & lib. 6. cap. 17. lit. q. D Mich. Luna lib 4. de raitionis imperio, cap. 5. à num 44 Ranchinus de ſucc. ab inteſt. §. 7. num. 19 & inumeri alij.*

ſanguinis ſeu naturalis cõgnatio tàm eſt in vulgo quæſitis; quàm in iuſtis, & legitimis liberis. (B) Quæ ſucceſio procedit etiam ſi mater filios legitimos habuerit, dummodo non ſit fœmina illuſtris (C) (cui caſtitatis obſervatio præcipuum debitũ eſt) (D) quæ alios liberos, ex iuſtis nuptijs ſuſceptos habeat. (E)

(B)

*Ex §. vulgo Inſt. de ſucceſ. Cognat. iuncto Pet. Greg. lib. 9. ſyntag. cap. 9. nu. 8 & Iacob. Cujat. in ſolem. recit. ad tit ff. vnde cognati.*

(C)

*Ex l. ſi qua illuſtris 5. C. ad S.C. Orphit. Adi Gutier. lib. 2. pract. quæſ. 107 in fin. Pichar. in tract. de ſuceſ. ab inteſt. § 6. n. 26.*

(D)

*Verba ſunt perſpicua Iuſtiniani in d. l. ſi qua illuſtris.*

(E)

*Secus nullis ſuperſtibus filijs fœminę illuſtris argumento ſũpto à cõtrario ſenſu dictæ leg. ſi qua illuſtris.*

## II.

### *Naturalibus.*

Ex eadem ratione Nothi, ſive naturales liberi, qui ex concubina nati fuere, matri ſuccedunt ex Orphitiano; eoſque etiam cum legitimis liberis ad materna venire bona, quæ iure legitimo in ſuo matrimonio poſsidet, nulla dubitatio eſt. (A) At quid ſi in ſervitute parentum concepti, editique fuerint, quos naturales eſſe conſtat? (B)

(A)

*Ex dict. l. ſi qua illuſt. 5. verſ. Sin autem.*

(B)

*Ex l. cum pater 77. § 13. l. Lucius 88. §. damæ 4 ff. de legat. 2. l. ex facto 17. § ſi quis 4. ff. ad Trebell. l. vltim. de iure deliberandi, l. vlt. ff. de his qui sũt ſui, vel alie. iur. iuncto Cujat lib. 10. obſerv. cap. 23 Alciat. lib 4. parerg. cap. 5. Illig. lib. 2. com. Donell. cap. 27. lit. A. Coſta in § & quid ſi tantum part. 5. num. 59. Retes lib. 4. opuſc. ad notas Claud. in d. § damę.*

non ſuccedebant matri ex Orphitiano; ſed iam ex Iuſtiniani Conſtitutione ſuccedunt. (C) Quid ſi a muliere deportata ſuſcepti, qui vtique naturales ſunt? (D) Si cum matre reſtituãtur illi ſuccedũt. (E) Quid ſi execto ventre nati? (F) Matri quidem ſuccedunt ex Orphitiano, (G) cum quidquid cęteris liberis indulgetur, execto quoq; vẽtre natis indulgatur. (H)

## III.

### *Capite minutis.*

Adeô prodeſt naturalis c[illegible]gnatio liberis extra ma[illegible]onium habitis, vt [illegible] adrogandos dederint, providentiſsimi Orphitiani beneficio, & iu-

ba-

(C)

*Extat in prin. tit. Inſt. de ſervil. cog. Adi Cujacium 20. obſer. cap. 34.*

(D)

*Conſtat ex l. ex facto 17. § 5. ad Trebel. iuncto Amaya lib. 1. obſer. cap. 12. num. 16. D. Nicol. Antonio lib. 2. de exilio cap 8. num. 6. & 19. Retes lib. 1. de interd. cap. 5. & in adverſar. cap. 3. n. 10.*

(E)

*Arg. textus in l. 1. & final, C. de ſent. paſ. l. 1. § fin. cum l. ſequent. de bonor. poſ. contratab. l. 1. § 3. verſ. certè, l. 2. §. 3. verſ. Et in ſervitute, ff. ad Tertillia.*

(F)

*De his Plinius lib. 3. nat. hiſt. cap 9.*

(G)

*Ex l. 1. § ſed ſi 5 ad Tertil. l. 1. § ſi qua 9. ff. vnde cognati; facit etiã l. penult. de legat. 1. l. 1. § 8. de legat. 3. l. intelligẽdus 153. de V. S. iuncto Cujatio in l. anniculus 132. § falsũ 2. ff. eod. Goveano lib. 1. varia. cap. 5. Illig. lib. 19. com. Donel. cap. 4. lit. H.*

(H)

*Ex leg. ſi ego 9. § idem 5. ff. de public. vbi Ant. Fab. l. quod dicitur 13. de lib. & poſth. l. 141. de V. S. vbi Alciat.*

bamine potiatur; (A) quia etſi minima (B) capitis diminutio illis accidat, remanent adhûc matris cognati. (C) Cōdonandum tamen mihi eſt, quod hic proponã, an adoptibus filius, (D) qui nulla naturali cognatione, aut ſanguinis vinculo matri adſtringitur, (E) ex Orphitiano, vel potius ex eius ſententia, ad maternam ſucceſionem vocetur? & affirmativa ſentẽtia mihi quidem placet, (F) velim & alijs.

(A) *Arg. l. 1. § capitis 8. ff. ad Tertil. l. tutelas 7. ff. de cap. minut. l capitis 11 de ſuis, & legit. l 2. C. ad Orphit. § ſciẽdum Inſt. eodem.*

(B) *Secùs ſi magna capitis diminutio accideret d. §. capt. 8.*

(C) *Ex l. 8. ff. de cap. min. §. quod autem Inſt. eodem. iuncto Fabro in iuriſprud. tit. 11. prin. 3. illat. 5.*

(D) *Nemini dubium eſt fęminas ex indulgentia Principis adoptare poſſe ex § feminæ Inſt. de adoption. l. ſi ſuſpecta 29. § quoniam. ff de inofic. teſtam. l 5. C de adopt. iuncto Donello lib. 2 com. cap. 12. Ant Fabro in iuriſprud. tit. 10. prin. 2. illat. 13.*

(E) *Ex l qui in adoptionem 23 ff. de adoption. iuncto Cujat. lib. 7. obſer. cap. 1. & in l. 13. C. de probat.*

(F) *Arg l. 5 C. de adoption l. ſi ſuſpecta 29 § quoniã 3. ff. de inofic. cōcinit Donelus lib. 2. cap. 22. verſ. In primis autem prope finem.*

## IV.

## Non prodeſt naturalis cognatio.

### *Libertinis.*

DEſinit verô prædicta cauſa, & ratio na-

tura:

turalis cognationis prodeſſe filijs extra matrimoniũ habitis, ſi iuſtá ſervitutem induant, ac poſtea manumiſsi ſint; ij enim matri non ſuccedunt, (A) cum fictione juris novi homines cenſeãtur, (B) & jura, ac efectus cognationis ſervitute ammiſſos, minimê per ſupervenientem libertatem recuperare valeant. (C) Secûs in ijs, qui pęnæ ſervi facti, reſtitutionem meruerint, cum omnia cognationis jura, per principalem indulgentiam redeãt. (D)

(A) *Arg. l. 2. § 2. ff. ad Tertilianum, facit etiam Paulus lib. 4. ſent. tit. 10. § 2 Aliter poſt Iuſtiniani Conſtitutionem in prin. Inſt. de ſervil. cognat.*

(B) *Ex l. 27. § 1. ff. de adim. legat. l. qui res 98. § aream de ſolut. l. inter 83. § ſacram de V. O.*

(C) *Ex l. is qui 7. ff vndè cognati, iuncto, § quod autem 6. Inſt. de cap. dimin.*

(D) *Ex l. 1. § finali, cum l. ſeq. de bonor. poſ. cont. tab. iuncta l. 1. § fil o 4. ff. ad Tertilian.*

## V.

### *Latinis.*

SImilis cauſa eſt Latinæ conditionis filiorum, quibus parum opitulatur cognatio, vt matri inteſtatæ hæredes legitimi exiſtere ex Orphitiano valeant; (A) quod non ſolum obti-

(A) *Arg. l. 1. § filio 4. ff. ad Tertyl. iuncto Paulo lib. 4. ſent. tit. 10. § 3.*

nere cenſeo in Latinis factis, ideſt, manumiſsis minùs ſolemniter ex ſervitute, qui libertini eficiebantur; (B) ſed etiã in Latinis natis, ex matre ſcilicêt latina, quibus licêt eſſent ingenui, (C) materna hæreditas nõ deferebatur, cum eorum mater ſucceſſores habere non poſſet. (D)

## VI.

### *Famoſis.*

TAndem (A) parum etiam prodeſſe affirmo cognationem filijs extrà matrimonium quæſitis, ſi infamia notentur; Is enim qui operas ſuas, vt cũ beſtijs pugnaret locavit, quivê rei capitalis damnatus, neque reſtitutus eſt, ex S.C. Orphitiano ad matris hæreditatem non admitebatur, (B) quia Divus Mar-

cus

(B)

*Ex ratione tradita in Aſſertione præcedenti.*

(C)

*Ex Paulo lib. 4. ſent. tit. 9. § latina. Adi Cujat. ad lib. 4. ſentent. Pauli tit. 10. § 3. & Ramos ad LL. Iul. Pap. lib. 2. cap 39. num. 9.*

(D)

*Ex § final. Inſt. de ſucceſ. libert. iuncto Cujat. d. § 3. & Retes de interdictis lib. 3. excur. 3. ex num. 26.*

(A)

*Nihil dictum eſt in his Aſſertionibus de natis expunibili, & nephario complexu; quia obſervamus S. C. Orphitiani de hac re ſilentium; Sed de illis videnda eſt Novel. 89. cap. fin. vbi Gothofredus, & Autent. Ex complexu. C. de inceſt. nuptijs vbi Richter Nec non plura de illis congerũt Ludovicus à Sardis, Benedictus de Barzijs, Schneidevvinius, & notiores alij.*

(B)

*Ex l. 1. § qui operas 6. ff. ad Tertil. iuncto Retes de interd. lib. 3. exc. 2. illat. 4. Sunt. & alij plures qui ob infamiã arcentur à suceſsionibus, quos hic referre operoſum magis quam ſubtile eſſet.*

cus Imperator noluit infamia notatis, & propudioſsis filijs deferre hæreditatem maternam; ſed ex benignitate, & humana interpretatione (C) placuit famoſum filium, exploſo S. C. Orphitiani rigore, inteſtatę matri poſſe ſuccedere.

(C)

*Arg. l. 7. § 1. ff. vnde lib. leg. cum ratio de bonis damnat. l. 1. C. de ſecundis nuptijs Adi Reteſſium dicta illat. 4. num. 16.*

In Cæſaraugustana Academia aderit propugnator LVPERTIVS MAVLEON, & VILLAVA, Iuriſpruden tiæ Studioſus. Præſes IOANNES LLERA, & GVZMAN, Iuris Cęſarei Bachalaureus. Die Decembris Anno M.D.CLXXXIX. Hora 2. poſt meridiem.

CÆSAR-AVGVSTÆ: APVD EMMANVELEM ROMAN, VNIVERSITATIS TYPOG.

# ACADEMICAE BELLITATIONES.

### *Ex tit. Inſt. de Aſsignatione libertorum.*

**Illuſtrium iuris Authorum notis coacervatis, ex tempore defenduntur.**

I.

ETSI ius Patronatus (A) quod Paterfamilias habuit in liberto, æquè ad omnes eius filios (B) pertineat, tamē Patri conceditur, vt vni poſsit adſignare

(A)

*Tot. tit. ff de iur. Patron. tit. de obſeq parent. & patr. præſtandis, tit. de oper. libert: D & C. de quo late agunt, Cujat ad tit. C de oper. & bon. liber. & lib. 17. obſ. ca. 14. & lib. 20 obſer. cap. 14. Merill Pauli Manual in l. fin de oper. libert Arias de Meſſa var. lib. 2. cap 16. Olea de ceſ. iur. tit. 5 quæſt. 6. per tot.*

(B)

*Text in l. 1. de iur. Patronat. l. libertus 17. cum ſeqq. l. ſi libertus 23. § ſi libertus, ff. de bonor libert l quæque 4. §. 1. l. ſed ſi hac 10. §. libertos, ff. de in ius voc. Vlpian in fragm. tit 17. in princ l. vt iuris iurandi 2. § ſi liberti, ff de oper. libert. l 11. ff. de aſſign. libert. etſi patri hæredes non ſint, text. ita itellig & obſervandi in l. cum ſine 11.*

ff.

*ff. de Carbon. edict. iunct. Merillo lib. 1. obſervat. cap. 20. l. 1. § fin. l. 2. l. 3 ff. de adſſign libert. iunct. Pinell. lib. 1. ſelect. cap. 18. num. 16 l. Paulus 42. § vlt. ff. de bon. libert. iunct. Illuſt. Ramos ad lleg Pap. lib. 4 reliq. 18 n 16.*

re libertum, (C) cæteris liberis excluſis, & eo mortuo (D) is ſolus iuspatroni habet in liberto, cui facta eſt adſignatio.

(C)

*L. 1. ff. de aſſignand. libert princip. Inſtit eod. l. aſſignare 107. de V. S. Donell lib. 2. Comment cap 19 vbi Illiger. Oſuald. lit. D. Ant. Fab. in Iuriſp tit 5 princ. 2. illat. 24 cuiuſcumque ſexus ſit, d. princ. in fin Inſtit. h. tit ſive primi, ſive ſecundi gradus, l. 1. in fin l. idem erit 3. §. 1. ff de aſſign. libert Bachov in dict. princ. num. 1.*

(D)

*Dict princ. Inſt. d. l. 1. in princ aut etiam de Civitate ſublato, §. vtique eiuſd l. 3. § ſi quis 7 l. vtrum 5. ff de aſſign libert. iuxta expoſitionem Pomponij in l. teſtamento 13 ff eod iunctis Retes lib 3. de interdict. excurſ. 5 illat. 3 num 78. Ortega in veroſimil. Labeon. ad text. in l. vlt. ff. de bon. libert. ex num. 29.*

[E)

*Dict. l. 1 in princ. & §. 1. etiam quo ad actionem ingrati, l. ſi quis hac 30 § vlt ff qui & à quib manum. l penult. C. de libert. & eor liber. l. ingratus 19 ff. de iur. Patr. Novell. 78. cap. 2 §. 1 in fin. vbi Cujat. Amaya lib. 2. obſervat. cap. 6. etiam patre perduellionis damnato, l. iura libertorum 4 de iur. Patronat. cui non obſt. text in l 3. de interd. & releg. l. 1 C. de bon. libert. l. 5. §. 1. C. ad l. Iul. Maieſt. Cujat 6 obſervat. cap. 23 Retes lib. 2. de interd. in d. l. 3. Ramos ad ll. Pap lib 4 reliq 19. in fin.*

## II.

EX Senatus Conſulto quod Claudianis temporibus (A) factum

eſt

(A)

*Relato in l. 1 in princ. ff. h. t. ſed ſine nomine, adiectis ſolum nominibus Conſulum Sabellio Rufo & Oſterio Scapula. ſed pro Sabellio, Cujat Legit*

*git*

eſt, nulla ſunt verba præfinita, quibus adſignatio (B) debeat fieri, quin & patri permititur vt vivens nuda (C) atteſtatione, & moriens extra teſtamenti cauſam (D) poſsit adſignare.

*git Suellio, cuius nomen valde inſolens Romanis, et in Plin. lib 3 cap 7. adquē provocat Cujat Legitur Suello Rufo, & apud Theoph. Suellio Et magis probo Ant Auguſt 3 emend. 7. Vellio Rufo, vt & Florentinæ editiones habent.*

(B)

*§. Nec intereſt 3 Inſtit. h. tit. d. l 1. § adſignare 3. Imo nuda voluntate & nutu adſignatio fieri, & adimi poteſt, l. 1. §. Adimere, de aſſign. libert. iunct. l 3. § fin ff. de adimend. leg. faciunt text. in l. obligamur 5 §. ſed & nutu vlt ff de O. & A. l 93. §. 1 de acquir. hæred. l. 95. §. 5. ff. ad Trebel. l. 21 ff de leg 3. l 22. C. de fideicom. l. 17 ff de novat. l eaque 57 de donat. int. l mulierē 5 C de adop. iunctis Cujat. & Donell. in l. 1. § ſi quis ita de V. O. Olano lib. 2. paralip. cap. 2. 3 4 & 5.*

(C)

*L. Adſignare 7. ff de aſſign libert puta teſtamento, l. teſtamento 13 ff de aſſign libert. vel Codicillis, l. 1. § 3 & 4. eod. tit. Pich. in princ. Inſt. de aſſign. libert num 5.*

(D)

*§ vlt Inſt. de aſſign libert. per Epiſtolam, vel Chirographum, l. impuberem 22. §. qui liberti, ff. ad l Cornel de falſ. quia adſignatio liberti, neque quaſi legatum, neque quaſi fideicommiſſum percipitur: vt ſunt verba Scævolæ in l 7. de aſſign libert quæ exponit Ant Fab in Pap. tit. 5. princ. 2. illat. 24.*

## III.

SVb conditione, aut in diem poteſt adſignatio (A) fieri; interim vero omnia obſervabuntur, ac ſi

non

(A)

*L. ſub conditione 10. dict. l. adſignare 7. ff. de aſſignand. libert Nec obſt text in l teſtamento 13 §. ex die 3. ff. de aſsign lib. Ant Fab. vbi ſup. d. princip. 2. illat. 24.*

*Dict.*

non facta (B) fuiſſet adſignatio, ſed ſi alteri purè, alteri ſub conditione adſignetur, is cui pure facta eſt adſignatio pendente conditione ſolus (C) eſt Patronus;

(B)

*Dict. l. ſub conditioni* 10. *ibi: Interim, pendente die, vel conditione, omnia perinde obſervabuntur, ac ſi adſignatus non eſſet, Faciunt text. in l.* 1. *ff de donat. l. Senatus* 35. §. *donatio. ff. de donat. cau. mort. l* 3 §. *pure, ff de liber. & poſthum. l. is cui* 41. *ff. de O. & A.*

(C)

L. 7. *l.* 10. §. *ſi vni pure* 1. *ff. de aſsign. libert.*

## IV.

SOlis manumiſsoribus adſignare permittitur, adeo vt nec liberis Patroni, poſtqnam ius habent in liberto, (A) talis ſit licentia: (B) nec Patronus extraneo poteſt adſignare, (C) & licet emancipatione filij

[A]

*Dict. l.* 1. *h. t. propter manumiſsionis beneficium, l* 8. §. 1. *ff. de in ius vocando Don. d. lib.* 2. *Com. cap.* 19 *in prin. vbi Oßuald. lit. A Zaſſius lib.* 1. *ſing. reſp cap* 3 *per totum Sanctos ad Ariſtonẽ in l. a duobus, ff. de oper. libert.*

(B)

*L. liberi* Patroni *h. t.* 8. *licet poteſtate Senatus Conſulti iure manumiſsoris cenſeantur, l* 1. *ff. de Aſsig. lib. Faber. in Pap. d. princ.* 2. *illat* 24 *quo ſenſu intelligendus eſt tex. iul etiam. ſi* 3. §. *ſi capitis* 9. *de bonis libertorum iuncto Ortega ad Labeonem in l. fin de bon liber ex num.* 29.

(C)

*Arg tex in l. Patronus* 22. § *libertus, l.* 27 *de operis libert l. filij.* 9. *ff de iur Patron l Patroni* 39 *ff de bon libert text ita intelligendus in l.* 29. *ff de operis libert. iunct. Cujat lib* 26. *obſ. cap* 4. D. *Emman. Conçalez Tellez in cap. vt nullus* 1. *de præbendis, & dig. num.* 4.

§.

filij adſignatio evaneſcat; (D) tamen adſignatio emancipato facta tenet. (E)

(D)

§ *Datur autem* 1 *verſ. Vnde Inſt. h t l.* 1 § 1 *& l fin. ff eod iunct. Genoa in conc. leg. pag* 411. *An poſthumis aſsignare liceat? aſſerit Pomp in l. vlt.* §. *de liberis* 1 *ff de adſign. lib. Cui iunges Fab. in Iuriſp. Pap. tit.* 4 *prin.* 3 *verſ. Erant etiam.*

(E)

*Text. in l. vtrum* 9. *ff. eod. l.* 3. §. *emancipatos* 4 *ff. eod* § *emancipatos* 9 *in fin. Inſt. de hæred. quæ abinteſt. defer faciunt text. in l. vt iuris iurandi* 7. §. *ſi liberi, &* §. *Patrui, ff. de operis libertorum.*

## V.

EXheredationis nota nihil officit vt filio poſsit libertus adſignari, (A) ſed aliquando adſignatio facta, per exheredationem ſubvertitur, ſi hoc animo factam eſſe conſtiterit, vt filius liberto careat, (B) nec quid cum ſucceſsione

[A]

*L* 1. § *ſed etſi* 5 *h t vt & tutor illi dari poteſt l Pater* 4. *ſi l. nemo* 8 *l ſi hæreditas* 10. *in princ. &* § *qui filium l ſi pater* 31. *ff de teſt tutela & pupillariter ſubſtitu, l.* 2. *l. ſed ſi plures* 10 § *ad ſubſtitutos de vulg* § *non ſolum Inſt. de pup. & ſepulchrorum iura retinet l vel quod* 6 *ff de relig & ſump fun. quia in adſignatione libertorũ ius poteſtatis, l.* 1 *in princ de adſignatione libert* § *datur Inſt eod. vel ſaltem ius filij l vtrum* 9. *l. vlt.* §. 1. *de aſignat. libert. non autem ius ſuitatis conſideratur, l.* 3 *in princ. &* §. 1. *ff. eod. Val. lib.* 3. *Illuſt. tract.* 3. *cap.* 4. *ex num.* 3.

[B]

*Dict. l.* 1. §. *ſed ſi* 6. *h t iuxta iura ſic intelligenda in l filij* 9 *ff. de iure Patronatus iunc. l. ſi operarum* 29 *ff de operis libert. l. ſi Patronus* 12 § *ſi quis non mala mente, l. ſi Pater* 40. *ff. de bon. libert. l.* 8. *de bonor. poſſeſ. cont. Tab. Pinel. lib.* 2. *ſelect. cap.* 8. *& lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 16.

L.

ne Patris habet adſignatio commune.

(E)

*L. filÿ 9 in prin. de iur. Patron. l. 7. §. ſi liberti l. ſi operarum 29. de oper. lib. l. ſi Patronus 12. § ult. l. Patroni filia 39. ff. de bon. lib. l. ſi Patroni 55. in princ. ad Senat. Conſ. Trebel. Cujat. lib. 20 quæſt. Pap. in d. l. ſi Patroni, & lib. 17. obſervat. cap. 14. Donell. lib. 2. Coment. cap. 18. Nec obſtant. text. in l. ſi ex perſonis 10. §. Iulianus, l. quod ſi Pater 11. ff. de bon. libert. l. 11. ff. de Carbon. Edict. l. ſi Patronus 12 in princ. iunct. l. Paulus 47. § ult. ff. de oper. libert. Cujat. lib. 14. obſerv. cap. 5. D. Ioãnes Chumacero ſelect. iur. cap. 1. num. 13. Valentia ad tit. de liber. & poſthum. tract. 1. cap. 4. n. 30.*

## VI.

CVm moritur is, cui libertus adſignatus eſt, ad eius liberos (A) ius Patronatus ſpectat, ſed ſi ſine liberis deceſſerit, (B) aut adſignationem vivus (C) repudiaverit, tunc excluſi fratres priſtinum ius (D) recipiunt in liberto.

(A)

*L. 1. § ſi ſit 8 & l. 2. ff. de adſignand. libert. etiã emãcipatos. l. 3. § emancipatos 4. & ſequenti ff. eod. liberorũ autẽ appellatione cõprehẽduntur nepotes & cæteri deſcendentes, dict. l. 3. §. liberos 6. de adſign. libert.*

(B)

*L. 2. l. 3. § ult. de adſig. libert.*

[C]

*L. vel vivus 4. l. 1. §. ſed ſi is 7 ff. de adſig. libert. l. 94. ff. de adquir. hæred.*

(D)

*Dict. l. 1. § 8. l. 2. l. utrum 5. §. 1. ff. de adſignan. libert.*

---

Minervale tenebit FRANCISCVS RAMON & TORRES, I. C. Studioſus. Præerit Doct. PETRVS CAYETANVS NOLIBOS, & CASTILLO, Inſtitutionum Imperialium publicus Præmoderator. Gymnaſij Locus Vniverſitatis Clauſtrum. Die 30. Menſis Martij, Anni M.DC.XCI. Hora 9. ante meridiem.

# CERTAMEN ACADEMICVM DE INVTILIBVS STIPVLATIONIBVS.

*Deſumptum ex ſortito textu in §. Præterea 5. Inſt. de inutilibus ſtipulationibus.*

## I.

AD ſtipulationem cõficiendam, conſtituẽdamque obligationẽ verborum, neceſsê eſt, vt reſpondeatur congruenter ad interrogationem, (A) congruentia autem ſtipulationis non tam ex verbis, quam ex re, & ſententia verborum æſti-

(A) *Iuſtinian. in princ. de V. O. l. 1 §. verbis 7. de oblig. & act. l. obligamus 52 §. 2. eodem, l. 5. §. 1 de V. O. l. 2. ad fin. de cond. ob cauſ. Nec obſtat Lex. 1. §. ſi ſtipulanti de V. O. iuncta lege ſi ſeruus legatus 108. §. quicunque de legat 1. quarum intelligentia ex 2. Aſſertione patefiet Nec text. in l. inter ſtipulantem 83 §. ſi ſtipulante de V. O. cuius ſenſus dependet ex 4. Aſſertione; & de congruentia huiuſmodi, videndi ſunt, præter Inſtitutionum Interpretes in n. §. & in §. quotiens 18 eod. tit Donell ad leg. 1. de V O. Conan. lib. 6. cap. 1. num 6. Duaren. in dict l. 1. de V. O Cujat. ibidem Ioannes Borcholten de V. O. diſput. 1. pro.*

æſtimanda eſt, (B) nam qui idem reſpondit de quo interrogatus eſt, & reſpondet eodem modo, ſeu ſervata eadem qualitate interrogationis, congruenter reſpondere intelligitur, (C) & ſi non eadem lingua reſpondeat, veluti ſi Latine interrogatus, reſpondeat Græcê. (D)

*propoſ. 9. & 10. Bocerus de iur. univ. claſi 2. diſp. 15. theſ. 45. & ſeqq. Valentia illuſtr. iur. tract. lib. 2. tract. 3. cap. 5. & alÿ plures.*

(B)

*L. 1. §. adeo de pact. l. cõtinuus 137 §. ſi hominem de V. O. Pichard. ad n. §. nu. 3. & 4.*

[C]

*L. quæ extrinſecus 65. §. 1. de V. O. l. obligamur 52. §. 2. eod.*

(D)

*L. Iudices, C. de ſent. l. 10. C. de V. O. & Inſt. in §. in hac re. Inſt. eod. licèt de iure antiquo, non poſſit ut ex eod. §. cõſtat, verſ. ſed hæc Neque adverſatur. Triphoninus in l. Decreta, ff. de re iud. ibi:* Decreta Prætorum Latine interpretãda eſſe. *Loquitur enim de Magiſtratibus, qui compellebantur Latine pronuntiare, hic autem loquimur de privatis conventionibus, quæ ratio melius explicata videri poteſt, apud Myſing. in Comm. ad §. in hac re. Inſt. de V. O. l. 2. §. 10. fam. hercis, §. utrum, Inſt. de V. O. l. Græcæ de fideiuſſoribus.*

## II.

SI verô præceſsit interrogatio de minori ſumma, & ſequatur reſponſio de maiori, vel, ê contra, ſi prçceſsit interrogatio de maiori, & ſequatur reſponſio de minori, non in totum obligatio vitiatur, ſed valet ſaltẽ in ſummam minorem, (A) quia licèt ſit diverſitas in quantitate, tamen una, & eadem eſt obliĝatio, virtus, & ſubſtantia eius, & illud quod differt ſecundum plus, & minus, non dicitur differre, in ſubſtantia, & realitate. (B)

(A)

*Expreſſus text. in l. 1. §. ſtipulanti de V. O. l. 1. de uſuris, d. l. 1. §. verbis 7. de oblig. & action. ſed obſt. ſententia, §. n. verſ. Inutilem, iunct. l. 1 § 3 verſ. Cum adÿcitur, de V. O. locus Caij lib. 2. Inſt. de oblig. de conciliatione horum iurium conſulendi ſunt. Bart. dict. §. ſi ſtipulanti in princ. Iaſo num. 6. Corraſ. 1 lect. num. 3 & 2. lect. num. 2. Duaren. in prin. Anton. Gomez, tom 2. cap 9. Conan. lib. 6. Com. cap. 1 ad fin & cap 6. nu 8. Vachon. lib. 5. declar. iur. cap. 71. Hotom. Balduin. Myſinger. hic, Don. ad leg. 1. § ſi ſtipulanti 4. de V. O. Gædeus in Comm. de contrahen & commit. ſtipul. cap. 4. concl. 1. num 64 Genoa in conciliat. ll pag 389 & ſeqq Benedictus Pinelus ſelectar. lib 2. cap 17 Delrio ad l. contractus, ff. de reg iur. cap. 11. in fin. Nec obſtat l ſi decem 52. ff locati, ex traditis à Balduino in n. §. & à Donell in dict. l. 1. §. ſi ſtipulanti 4. num 13.*

(B)

*L. fin ff. de fundo inſtruct. alia enim ratio eſt Contractuum oneroſorum, dict. l. ſi decem 52 locati Gomez 2. reſol. cap. 10. n. 4. D Bronch. 4. Aſſert 37. & Donell loco ſupra citato, l. 9. in fin. de in litem iur. l. 9. § 3. in fin. de hæred. inſt. l. 7. de excep rei iud.*

## III.

AT cum quis mutata ſtipulationis qualitate aliter reſpondet, quam interrogatus eſt, quod fit, vel cum ſimpliciter interrogatus reſpondet ſedaturum ſubconditione, vel in diem, vel ſubconditione, inter-

quia

ro-

rogatus, reſpondet purê, ſic vt expreſsê dicat ſe ſtatim daturũ, hic evenit, vt in totum nulla contrahatur obligatio, (A) cum aperte conſideretur diverſitas in ſubſtantia contractus, & obligationis, & ſine dubio colligatur diſſenſus cõtrahentium. (B)

(A)

*Hoc noſt. § dict. l. 1. §. 3. de V. O. l. 6. tit.* 11. *part.* 5. *Donell. in dict. l. 1. §. 3 V. O. Pichar. in §. noſ. verſ. Aut ſi ille purè, nec facit tex. in l. 3. § fin. verſ. Vtique enim de duobus reis, quia duo rei interrogati ſunt, ſeperatim, & diverſo modo, d. l. 3. verſ. Paru refert eodem, vbi docet Fab. & notat. Corraſ. in dict. §. ſi quis ſimpliciter, 1. lect. num. 13. & 2. lect. n. 6.*

(B)

*Dict. l. 2. §. 3. de V. O. Bald. in l. Pacta noviſſima, C. de pactis:* Quia mutatio alicuius qualitatis ſemper conſtituit rem diverſam. *L. Iulianus, §. ſi quis rem ad exhibend. l. Labeo de V. S. l. Mulier, ex verſ. 1. eodem, l. Lucius, §. Semproniæ de legat. 3. in fin. de obligat. & act.*

## IIII.

CÆterum ſi quis de re vna interrogatus promittat & eam, & plures cõiũtim, veluti ſi de Sticho interrogatus, Stichum, & Pamphilum reſpondeat, aut ex converſo, de pluribus rebus interrogatus, cõiuntim vnũ ex ijs promiſſerit, non in totum vitiatur obligatio, (A)

ſed

[A]

*Dict. l. 1. §. ſed ſi 5. de V. O. l. 12. de conſt. pecu. l. 34. C. de donat. Aliud eſt, in alternativa reſponſione quæ dubia eſt, l. 73. §. 2. eod.*

ſed promiſſor ſaltem obligatur, in eam rem de qua interrogatus eſt, & reſpondit, (B) neque nova ſtipulatoris approbatio efficit vt in totũ hæ ſtipulationes valeãt. (C)

(B)

*§. quoties 17 Inſt. h. tit l. 83. § 4. de V. O. l. 7. in fin. de recep cap. 37 cap. 73. de reg. iur in 6. l. 29. de V. O. Conan. lib. 6. cap. 1. V in in dict. §. 17 h. tit. Nec ob ſtat l. in hoc iudicio fam. hercis. vid. Donell ad l. 1. § ſed ſi mi, de V. O. num. 2. & 3. Pichar. in Comm. ad § quoties 17 h. n. tit.*

(C)

*Ita Cujacius in notis ad n. §. & in l. 1. §. ſi ſtipulanti de V. O. quem equitur vt ſolet Borcholten in n. §. num.* 4.

## V.

VErũ enim verô ſi plures res in ſtipulatione deducantur, veluti *Familia, Titius, Pãphilus*, an vna ſimplex, & indefinita reſponſio promiſſorem in res omnes, quę expreſsę ſunt obligabit, quoniam cum plures intelliguntur eſſe interrogationes plures quoque reſponſiones ad perficiendam ſtipulationem requiri videntur? At tamen vnam reſponſionẽ ſufficere iudicamus, (A) quipê

ſim-

(A)

*L. ſcire 29. l. quod dicitur 86. de V. O. h § n. Livius lib. 1. deditionis Collatinorũ hæc formula: Deditiſne vos populum collatinum, Vrbem, Agros, Aquam, Terminos, Delubra, Vtenſilia, Divina Humanaque omnia, in meam populique Romani ditionem? Dedimus. § quoties 17 h. tit. l. qui adicitur de evictio n excipe l. Titia 134. § vlt. de V. O. & l. Pluribus 140. eodem Donell in l. ſcire 29. de V. O. num. 3. V in in §. quoties 17. h. n. tit.*

ſimplicitêr reſpondendo Dabo, ita promiſſoré reſpõdere videri, vt in vna illa reſponſione plures reſponſiones iu dicentur. (B)

(B)

*Dict. l. 1. §. 5. l. 75. §. 9. l. 126. § 2. dict. l. 134. dict. §. fin dict. l. 140. de V. O. l. 28. de don. nam dici valet tot eſſe evictionum actiones quot ſpecies, l 72. in fin. de evictionib. tot compromiſſa, quot res de quibus ſeparatim compromiſſum eſt, l. 21. de receptior. tot donationes, quot res, l. 34. §. 3 in fin. C. de donat non idem in rebus ſpeciali cauſa vnitis, l 5. de cond. inſt. l. 79. de legat. 3. & in emptione, in qua eſt vnicum pretium, non plura, l. 44. de contr. emp l. 17. de in diem addit. l. 34. de ædilit. ita Duaren. ad tit. de pactis, cap. 4. Mendoza lib 3 diſp cap. 8. Pichar in §. 17 h. tit. Donell in l. ſcire 29. de V. O per totam. Cujac. ad l. ſcire. Accedit quod plerumque actus ſequens in conſequutionem, & approbationem priùs geſtorum celebratus intelligitur, ſicuti docet Alexander conſil 52 lib. 4 & conſil. 38. lib. 5. Romanus conſil. 477. & 478. Cagnolus in l. 2. C. de pact. inter empt. num. 173. & 198. & in l. 1. de reg iur. num. 24. eumque laudans Heigius in n § num. 9. & eadem de re ſubtiliter diſputat Georgius Frantzkius exercit. iur. 10. quæſt. 6. pag. 308. & ſeqq.*

## VI.

DEnique non inconvenienter quæri ſolet, an ſtipulatio imperſonaliter cõcepta hoc modo, *dabitur? dabo*, vel vice verſa, *dabis? dabitur*, valeat? & quidem tametſi reluctantibus non nullis interpretibus, (A) ſtipulationem iſtam imperſonalem vtilem fore contendimus, (B) quia geneneralitas reſponſionis ad interrogationem, & interrogatio generalis ad reſponſionem revocari debet, vt hęc ex illa & illa ex hac temperamentum accipiat. (C)

(A)

*Vt ſunt Bartholus, Iaſſon, & Zaſius in l. ſtipulatio iſta 38 § ſi quis ita 10. ff. de V. O. hoſque citans Leopoldus Hackelman diſp illuſtr. 22. theſ. 5. ad lit. B.*

(B)

*Cum Alciato lib. 2 Parerg, cap 18. Cujacio, Duareno, & Donell. num 4 ad l. 1. §. 1. de V. O Gæddeo dict. Com. de contrah. & commit. ſtipul. cap 4. concl 3. num 30 & ſeqq. Arumæo exercit. Iuſtin. 13 theſ 4 Paulo Berenſ. diſp. 10. ad Inſt them. 1 quæſ 3. Bronchor. cent. 2. aſſert 68. Bachovio ad Treutler vol. 2. diſp. 27. th. 2. lit. E. verſ. Quid de ſtipulatione pag 827 & ſeqq ibique Hunius quæſt. 26. pag 103 Nec adverſatur Auth. Si quando, C. de conſtit. pecun. & Novell. 115. cap 6. extraditis ab Alciato, & Gæddeo vbi ſup. & à Donello ad leg. 5. §. ſtipulatio autem num 5.*

(C)

*Cum quiſque ad id de quo interrogatus fuit reſpondere præſumatur arg. n. §. & leg. ſi ſine interrogatione 9. § Qui interrogatus 5 ff. de interrog. in iur fac. Quo facit etiam quod & reſcripta ambigua interpretationem accipiant ex precibus impetrantium antecedentibus, l. 1. C. de diverſ. reſcript.*

His defenſurus adſtabit D. IOANNES FERNANDEZ DE FELICES, & NOGVES, Iuriſprudentiæ Studioſus. Præſes FRANCISCVS PONTE, & VALENTIA, I. C. B. Locus certaminis Cæſar-Auguſtanum Vniverſitatis Clauſtrum. Die XVI. Decembris. Anno M.DC.XC. Hora, & loco ſolitis poſt meridiem.

✠

# PVPILLORVM VNIVERSA MATERIA.

*Sex collecta Aſſertionibus ex tempore defenſanda proponitur, Iuſtiniani ductu in ſorte oblato, §. Pupillus 9. Inſtit. de Inutil. Stipul.*

## I. ASSERTIO.

*Pupillus capax eſt negotia gerere.*

CVM Pupillus, (A) qui fandi (B) poteſtatem habet, ſive proximus fuerit infantiæ, ſive pubertati, (C) intellectu (D) prædi-

[A] *Pupillus in hac materia eſt perſona impubes ſui Iuris, quo modò definitur in l. Pupillus 139. de verb ſignif. & innumeris locis: non qui in poteſtate Patris fuerit, quo ſenſu accipienda l. ult. §. Pupillus 2. de verb. oblig.*

[B] *Emphaticè, quod Theophilus, qui longè cæteris Græcis Interpretibus eruditione præſtat, ante annos octingentos optimè explicuit in n. §. Alias enim loqui tertio, vel quarto anno pueris datum eſſe experientia docet.*

[C] *Pupillorum tres ſpecies, ſive gradus potius ab ætate conſtitui ſolere, Infantis, proximi Infantiæ, ſive Infante maioris & proximi pubertati docet §. ſed quod diximus 10. inſtit. h. n. tit. videndus Oſualdus Illigerus in ſuo Donello Ennucleato (ne dixerim deflorato cum Schifordeggero) lib. 12. cap. 22. lit. K. & ſeq. Quo tamen ſenſu proximus Infantiæ, & proximus pubertati dicatur, nec dupondij Iuriſ Conſulti ignorant*

[D] *Iuſtin in d. §. 10. h. n. tit ibi:* Qui iam aliquem intellectum habent. *Concinnit l. 1. § 3. de adq. poſſ ibi:* Si eius ætatis ſint, vt intellectum capiant. *Dolique capax dicitur in l. Pupil. 111. de R. I. l. impub. 23. de furt.*

ditus ſit, vel ſaltim aliquo ad res adfectu (E) non careat, habilis, & integra perſona ad gerenda, ſeu contrahenda negotia (F) ipſo iure, eiuſque vtilitate ſuadente, cenſetur, ſiue facti fuerint, ſiue animi, (G) ſiue iudicialia, ſiue extraiudicialia, ſiue contractus, (H) ſiue quaſi contractus; (I) quæ omnia Iuſtinianum comprehendiſſe, dum in genere affirmat (K) Pupillum *omne negotium* rectè gerere, pro comperto habemus.

[E] *L. 3. C. de adquir. poſſeſ. ibi:* Licèt animi plenus non fuiſſet adfectus.

[F] Negotia gerere, & contrahi *paſsim in iure dicitur, & præcipuè, ſub titulo de negotijs geſtis, & in l. 5. de reg. iur. cum alijs legibus à Briſonio in tract. de verb. ſignif. conſignatis.*

[G] *Cuiuſmodi eſt cretio, ſive hæreditatis acquiſitio. Videndus Iacobus Gothofredus in l. 5. de reg. iur.*

[H] *Vt obligationes, ſtipulationes, l. 1. §. 13 de oblig. & act. l. 1. l. 70. de verb. oblig.*

[I] *Vt aditio hæreditatis de qua propriè accipienda eſt. dict. l. 5. de reg. iur.*

[K] *Ex Paulo lib. 2. ad Sabinum relato in dict. l. 5 de reg. iur ibi:* Pupillus omnia Tutore, Authore agere poteſt.

## II. ASSERTIO.

### *Sine Tutoris authoritate.*

ADEO autem Pupillorum conſilio, & infirmæ ætati indulgetur, vt ſine Tutoris authoritate, & approbatione eis negotia gerere permitatur, dummodò meliorem ſuam conditionem ſine vllo periculo fecerint, (A) quod evenit his qui ſibi

qui

[A] *Pr. inſtit. de Author. Tutor. §. nunc admonendi 2 quibus alienare licèt, vel non, l. contra 28. de pactis, l. obligari 9. de author. Tutor. Quod etiam obtinet in prodigo, & furioſo, l. is cui bonis 6. de verb. oblig.*

quid dari, fierivè ſtipulantur, vel donationem amplectuntur, vel legatum agnoſcunt, (B) vel traditioni conſentiunt: Quod etiam in bonæ fidei poſſeſsione, mutuo, (C) & vſucapione (D) licèt animadvertere, quia omnes hi actus quin Tutor author adhibeatur ob favorem, & vtilitatem Pupilli ſubſtinentur.

[B] *Repudiare attamen legatum ſine Tutore non poſſunt, l. magis puto 5. §. fundum, ff. de reb. eor. qui ſub tut. vel curat. Neque obſtat l. ſi ſponſus 5 §. Maritus el 2. de donat. inter.*

[C] *Videndus ex inſtit. Interpretibus Hubertus Giphanius in tit. de author. Tutor.*

[D] *Res autem Pupilli vſucapi non poteſt, l. bonæ fidei 48. de adquir. rer. domin. Nec obſtant l. 45. de minorib. l. Emilius 38. de minorib. l. apud Celſum 4. §. ſi quis non Tutor, ff. de doli, & metus exceptione, l. 2. §. ſi à Pupillo, ff. pro emptore, l. ſi is 2. ff. de eo, qui pro Tutore.*

## III. ASSERTIO.

### *Tutore Authore.*

LONGE verò plura Pupillis ſine Tutoris authoritate gerere prohibentur, quia deteriorem ſuam conditionem faciunt, (A) veluti ſi alijs in ſtipulatione promiſſerint, vel remiſſerint ſi quid eis debetur, (B) vel hæreditatem adierint, vel bonorum poſſeſsionem agnoverint, vel hæreditatem fideicommiſſariam ſuſceperint (C) vel ſolverint, (D) vel de

tule-

[A] *Ex iuribus datis in aſſertione antecedenti, lit. A.*

[B] *L. contra iuris, ff. de pactis.*

[C] *Quia ex his tribus actibus Pupillus obligatur ex quaſi contractu & quia in hæredibus, & ſucceſſoribus multa ſunt metuenda, ſcilicèt vexatio, negotiorum multitudo, cummulus æris alieni, & imbidia, vt eleganter ait Vlp. in l. quia poterat 4. in fine ad Trebell. Quod obtinet licèt hæreditas lucroſa, aut opulenta ſit, §. nec tamen, inſtit. de author. Tut. cui non obſtat, l. Pupillus 9. de adquir. hæredit. l. ſi is ad quem*

lerint iuſiurandum: (E) Interdum etiam tutoris authoritas præſtanda eſt in litigando, (F) in tranſigendo, (G) in compromitendo, (H) in erogationibus, (I) & alienationibus, (K) & generalitèr quoties in Pupillum alicui obligatio acquiritur, (L vel etiam à Pupillo dominium, aut poſſeſsio (M) transfertur.

IV.

*22. verſ. Nam vt quis eod. tit. Adeo vt nec Curatoris authoritas ſufficiat l. Curatorem 19. de auth. Tut Nec obſtat l. penult. eod. tit. Sed id non habet locum in Pupillis ſuis, & neceſſarijs licèt contrariam partem agere videantur textus in l. conditionibus 5. de condit. & demonſtr. l. ſi Pupillus 26. de cond. inſtit. l. qui duos 10 de reb. dub.*

[D] *Non obſtat, l. non omnis, §. ſi Pupillus, de reb. credit. l. quod Pupillus 41. de condict. in debiti, l. quod ſi ſorte, §. fin. de ſolut. l. obligari, §. Pupillo, de author. Tutor. Nec ſolvens Pupillo, ſine Tutoris authoritate liberatur licèt pecunia extet, quamvis in contrariam ſententiam eant Pragmatici per §. nunc admonendi, inſtit quibus alienare licet, l. in Pupillo 47. de ſolut. l. fin. C. de vſucap. pro emptore. Nec obſtant, l. 1. C ſi adverſus ſolutionem, l. Sancimus 25. C. de adminiſtr. Tutor. §. at ex contrario quib. alien. licèt, vel non: Pupillus verò ſi id, quod naturalitèr debet, ſine Tutoris authoritate ſolvat repetere poterit. Nec obſtat, l quod Pupillus 41. de condict. in debiti, ibi.* Quia nec natura debet, *l. ſi Pupillus 21. ibi:* Nihil repetere poſsit, *ad l. Falcid. l. ſi eius 64. ibi:* Si ſolverit mihi Pupillus non repetet ad S.C. Trebell. *l. quod ſi ſorte 14. §. fin. ibi:* Planè ſi fuerint conſumpti liberabitur, *ff. de ſolut. l. non omnis 19. § ſi Pupillus, ibi:* Liberabitur, *de reb: credit.*

[E] *L. 1. § 1. ff. quar. rer. act. non detur. Neque obſtant, l. Iuſiurandum 17. §. 1. ff. de iure iurando, l. qui iuraſſe 26. eod. tit. l. fin. §. fin. de liberali cauſa.*

[F] *L. 1. & 2. C. qui legitimam perſonam ſtandi in iudicio, l. 4. C. ſi adverſus rem iudicatam, l. in univerſis 11. C. qui dare Tutor vel Curat. l. acta 49. §. vlt. de re iudicata: Quod hodiè obtinet etiam in cauſis criminalibus, l. 4. C. de author. præſtand.*

## IV. ASSERTIO.

### *Præſtita, vel omiſſa authoritate Tutoris.*

NEC deſunt actus quibus liberum, & arbitrarium eſt authoritatem Tutoris adhibere, ſeu omittere, veluti mutuæ obligationes, ſeu contractus, ex quibus mutua naſcitur obligatio, vt ſunt emptio, locatio, mandatum,

ſo-

[G] *Modò fiat bona fide, & decidendi cauſa rem controverſam vbi alia documenta deficiunt, argumento eius, quod de iuramento dicitur, in l. 35. de iure iurando, non vt aliquid tranſigendo, ex bonis Pupilli Tutor alienet, quo ſenſu accipiendæ l. 46. §. vlt. de adminiſtr. Tutor. l. Præſes 12. C. de tranſact.*

[H] *L. 22. C. de pactis, l. 64. §. vlt. de adminiſtr. Tut. Cap. cum tempore de arbitris, vbi Panormitanus, num. 3. Obrecht. Theſsi 435 & ſeq.*

[I] *L. 13. §. cum Tutor, de adminiſtr. Tut. l. 13 C eod. Et ſolvendo Creditoribus Pupilli, l. 23. C. eod. Et ſunt caſus ſingulares, relicto iure Novel. 72. & 94. quibus Tutor ſibi ipſi ſolvere poteſt, l. 9. §. 5. & 7. de adminiſtr. Tut. l. 28. §. vlt. de contrahend. empt. & vulgo Doctores in l. 15. de reb. credit. Diſſentit Corraſius 6. Miſcel. 5. Nec obſtat, l. 1. §. fuit 13. ad Trebell. Vidend. Bachovius ad Treutler. vol. 2. diſput. 8. lit. G.*

[K] *Dict. l. 12. §. 1. Quæ ſervando ſervari nequeunt, vt animalia inutilia, veſtes, fructus, & res aliæ tempore perituræ, l. Tutor 7. §. 1. de adminiſtr. Tut. l. Tutores 24. ibi* Et quidquid vetuſtatæ temporis non mutatur, *C. eod. tit. Sed hac de re ius certum hodiè habemus, ex l. 22. C. de adminiſtr. Tut. Pecunia etiam Pupillaris olim non debuit eſſe ſterilis, l. 3. §. 4. de contrar. Tut. act. l. 7. §. 11. l. 15. de adminiſtr. Tut. l. 14 C. eod l. ſi tutellæ 8. ff. eod tit l. 3. C. de vſur. Vide Cujac. 5. obſerv. 12. At id mutatum eſt Novel 72. cap. 7. Pupillus etiam poteſt vindicare rem pecunia ſua emptam à Tutore, l. 2. quæ ex facto Tutoris, l. 3. C. arbitrium Tut. l. 8. § 1. de reb. eor. qui ſub Tut. Donel. 5. comm 2. in fin. Sichardus ad l. 12. C. de iur. dot num. 7. Bachovius ad Treutler vol. 1. diſp 15. Theſi 6 lit D. & vol 2. diſp. 7. Theſ. 9 lit. B. Diſentit Anton. Faber. 5. comm. 9. Sed Tutor Pupilli ſui rem emere non poteſt, l. ſi in emptione 34. de contrahend. empt. Non obſtat, l. cum ipſe, C. eod. l. Tutor 56. de adminiſtr. Tut.*

(L) *Idem obtinet ſi Pupilli iuſſu ſervus contraxerit, l. 1. § ſi Pupillus, ff. quod iuſſu. Non obſtat, l. 3. §. contractum quib. ex cauſ. in poſſeſ. eatur.*

(M) *Licèt naturalis ſit, l. Pupillut 11. de acquir rer. domin Neque obſtat, l. poſſeſſionum 29. de adquir. poſſeſ. Videndus Enricus Bicerus de iure univerſo, claſ. 1. diſput 14. Theſ. 117.*

(A) *Rectè Giphanius in pr. inſtit. de author. Tutor.*

(B) *Adde ad hæc, l. Pupillus 12. de adquir. rer. domin. l. ſi vt 7. §. 5. de reſcindend. vendit. l. Iulianus 13. §. ſi quis 29. de act. empti. Cæterum vbi ex re actio venit obligatur Pupillus etiam ſine Tutore, vt in ſpecie, l. furioſus 46. de oblig. & act. l. in conductionibus, ff. pro ſocio, l. ſi quis cum, ff. communi dividundo, l. 1. §. in Pupillum, ff. depoſiti. videndus Balduinus in pr. inſtit. de author. Tut. ex num. 8. Eodemque referri debet, quod Pupillus ipſi Tutori obligatur (ſine alterius Tutoris authoritate) contraria actione, l. 1. in pr. de contra Tut. act.*

cietas, & depoſitum, (A) qui validè contrahuntur, ſive Pupillus authoritate Tutoris vtatur, ſive non; ita tamen, quod ſi acceſſerit Tutoris authoritas pro vtraque parte contractus valeat; ſi verò defecerit, claudicet, vt dicitur, id eſt pro parte valeat quatenùs alius teneatur, pro parte non valeat quatenùs Pupillus non obligetur. (B)

## V. ASSERTIO.

*Quædam Pupillo non permiſſa etiam Tutore Authore.*

NON minus ſcitu dignum eſt in quibuſdam cauſis Tutoris authoritatem non ſufficere, quas inter ſpeciali nota adducendæ ſunt ſervorum manumiſsiones, & alienationes Prædiorum ruſticorum, vel Vrbanorum, & aliarum rerum maximi momenti, quæ abſque iuſta alienandi cauſa, cauſæ probatione, inquiſitione Iudicis, & decreto Magiſtratus alienari non poſſunt; (A) quibus accedunt peculis conſtitutio, (B, donatio libera, (C) & ſpecialis venditio domus in qua deceſſerit pater, creveritque minor, (D) quia in ea maiorum imagines, aut non videre fixas, aut rebulſas videre ſatis eſt lugubre. (E)

(A) *Toto tit. C. de Prædijs, & alijs reb. minor. & toto tit. ff de reb. eor. qui ſub Tut. Menocb. lib. 2. de arbitr. Iudic. centur. 2. caſu 171. Gail. 2. obſerv. 79. num 1.*

(B) *Lareategui ſelect. lib. 1. cap. 2. ex num. 6. vbi exponit legem 3. §. Pædius, verſ. Idem adijcit, de peculio, qui locus penè conclamatus eſt, ob oppoſitionem legis verum 9. de inſtit, act.*

(C) *Id eſt, exercendæ liberalitatis cauſa; etenim ſolemnia munera cognatis mittere, & ſorori conſanguineæ dotẽ conſtituere Tutores poſunt, l. 12. §. 3. de adminiſtr. Tut. Excipiuntur Regum, vel Illuſtrium Perſonarum Tutores ſecundum Gail. 2. obſerv. 72. num. 8 & 9.*

(D) *L. lex quæ 22. C. de adminiſt. Tut. quam exponit, & illuſtrat Valentia, ad tit. de leg. 1. tract. 2. cap. 1. num 8.*

(E) *Concinit Propheta 5. Tren ibi:* Reſpice oprobium noſtrum, hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos, domus noſtra ad extraneos.

## VI. ASSERTIO.

*An, & quatenùs Pupillus, ſine Tutore obligetur.*

TANDEM cum in Pupillorum negotiorum geſtioni, vis omnis civili obligationi detrahatur, ſi Tutoris authoritas non intervenerit, haud prætermittendum eſt, an Pupillus inſcio Tutore contrahens ſaltim naturalitèr obligetur? Sed quia id valdè diſputatur, (A) & vanæ ſunt opiniones, & interpretationes textuum, qui invicem pugnare, & alij naturalem Pupilli obligationem adſtrue-

(A) *Quis cummalabit Authores omnes digladiantes? Addeat qui poſſit præter inſtitutionum Interpretes in n. §. Cujac. 17. obſerv 4. & 3. Merc. 21. & ſeqq. Pac. 4. enunt 10. Donel in l. 127. de verb. oblig. Vltei 1. diſcept. 16. Robert 2. recept. lect. 17. Obrecht. Theſ. 541. Corraſ 6. Miſc. 22. Gædd. Contr. ſtip. concl. 12. cap. 7. num. 239. A. Fabr ad l. 28. de pact. & 8. cõiect. 5.*

adſtruere, (B) alij negare, (C) providentur indeterminatus ſiſtit intellectus, quouſque certaminis conflictus reſpondere cogat, & in veroſimiliorem ſententiam animum perducat. (D)

(B) *L. ſi Pupillus* 21. *ad l, Falcid. l. ſi eius* 64. *in pr. ad Trebel. l. cum illud* 25. §. 1. *quando dies legati cedat.*

(C) *L. quod Pupillus* 41. *de condict. indebiti, l. Pupillus* 59. *de oblig. & act. l* 150. *de reg. iur. Obſervandi ad rem textus in l. obligari* 42. *de oblig. & act. l. ſtychum* 95. §. *naturalis, de ſolut. l. ſi Pupillus* 25. *de recep. arbitr. iuncto Fabro* 8. *coniect.* 5 *l.* 1. *de novat. & legat l. ſi Pupillus* 127. *de oblig. & act* §. *præterea, inſtit. quib. mod. tollitur obligatio, l. fin.* §. *fin. de liberali causa, l. ſi quis mancipijs* 17 §. *ſi impubes, de inſtit. act. iuncto Cujac. lib.* 30. *Pauli ad Edictum, l. quam* 7. *de peculio, l.* 14 §. *ſi quis à Pupillo, de act. empt. l. fin* §. *ſi Pupillus, de præcario, l. ex contractu* 44. *de re iudic. l.* 1. §. *ſi Pupillus, ff. quod iuſſu, cui obſtat, l.* 3. §. *contractum quib. ex cauſ. in poſſeſ. eatur. Iuncto Pac. cent.* 10: *concluſ.* 10. *l: in Pupillo* 47. *de ſolut. l. Marcelus, de fideiuſſor. l.* 3. *ff. commod. cum alijs.*

(D) *In Certaminibus non malè aliquando reſpondent coacta ingenia, vt Senecæ in cap.* 6. *de tranquil. verbis vtar. Et hæc de Pupillorum materia vrgente Typographo attigiſſe ſufficiat.*

Propugnator aderit D. IOSEPHVS CAYETANVS DE SVELVES, Iuriſprudentiæ ſtudioſus; Præſes D. PHILIPPVS GRACIAN, SERRANO, ET MARTINEZ, Iuris Civilis in Sertoriana Academia Bachalaureus: Locus certaminis Cæſaraugustanum Vniverſitatis Clauſtrum. Die 26. menſis Ianuarij, Hora 2. poſt meridiem. Anno 1685.

---

*Cæſar-Auguſtæ: Apud hæredes Dominici la Puyada, Regni Aragonum, & Vniverſitatis Typographos.*



✱

# CERTAMEN LITTERARIVM DESVMPTVM.

## *EX §. SI IMPOSSIBILIS CONDITIO XI. Inſtit. de inutil. ſtipulat.*

### I.

IMPOSSIBILIS conditio propriè nuncupatur, cui natura impedimento eſt, quominùs exiſtat (A) veluti: *Si in Cœlum aſcenderis*, quam ſtipulationi adiectã, A illam

(A) *L. ſi ſtipulatus* 97. *ff. de verbor. oblig.* § *at ſi quis rem. Inſtit de inut. ſtip. veluti ſi mare ebiberis, vel ſi Hyppocentaurum dederis.* Gothofredus *in d. iuribus.* Oſuald. *lib.* 8. Donel. *cap.* 11. *lit* B. Hieronymus Magius *lib.* 1. *Miſcell. Iuris, cap* 20. *Nec minori eruditione, & elegantia notat* Don *Franciſcus de Cordova, Rutenſis Abbas, vir omnigenæ doctrinæ, mirum in modum ſcultus in didaſcalda ſua, cap.* 8,

illam omninò vitiare, indubitati iuris eſt; (B) nam ſi quis pecuniam ſoluturum promiſſerit ſub conditione affirmativa, impoſſibili ſtipulationem nullam, imò ludibrium, eſſe iudicamus. (C)

(B)

*L.7. ff. de verbor. obligat.* Don Franciſcus Amaya *lib. 2. obſervation. Iuris, cap.11.* Bald. *in Commentarijs inſtitut. lib.3. tit.19. L. certi conditio 9. §. quoniam penultim. ff. de rebus cred. §. impoſſibilis, inſtit. de hæred. inſtit. Idem in cæteris contractibus dicendum. L. non ſolum 30. ff. de obligat. & act. cum infinitis alijs relatis ab interpretibus, hic & in dictis locis.* Petrus Faber *in l. verum 31. & in l. impoſſibilium 185. ff. de reg. iuris, etiam de iure Caſtell. L.17. tit.11. part.* Antonius Gomez *variar. reſolut. tom.1. cap.12. à num.66.* vbi latê diſputant Franciſcus Mant. *de Coniect. vlt. volunt. tit.10. nu.7.* Mencha *de Succeſſ. creat. §.10. ex n.168.* Sarmiento *lib.2. Selecta. cap.1. & ſeq.* Acoſta *lib.1. Select. cap.8. & ſeq.* Spino *in ſpec. Teſtam. gloſ.13. ex num.134.* Oſuald. ad Donel. *lib.6. cap.18. lit. A. & lib.6. cap.18. lit. H. & lib.8. cap.32. & lit. E. & F. & ſeq.* Thomas Sanchez *de Matrimonio lib.5. diſputat.3. & 4.* vbi latiſsimê Gratianus *reg.232.*

(C) *Probatur argum. text. in l.4. §.1. ff. de ſtatu liberis.*

## II.

VERUM, ſi conditio impoſſibilis fuerit negative concepta: *Vt ſi mare non eviberis*; ſtipulationi non officere palam eſt: (D) imò puram reddi conſtat; ita vt quod promiſſum eſt præſenti die debeatur, (E) creditamque pecuniam continere autumo; (F) ſtatimque peti poſſe, cum ex tunc ſtipulatorem actionem habere non dubitemus.

(D)

*L. in illa in fin ff. de verb. obligat. L. quod ſi ſub ea. ff. condit. indebit.* Ioan. Corraſ. *Miſcell. Iuris in Comment. ad tit. de verbor. obligat.* Don Martinus Antonius del Rio *in Miſcell. Iuris ad l.7. ff. de verbor. obligat.* Donel. *ad d. tit. &* Duarenus *ad tit. de verb. oblig.*

(E)

*Dict. l. quod ſi ſub ea de condit. indebiti.* Don Franciſcus Amaya *lib.2. obſervat. Iuris, cap.11. Stipulatio ſub impoſſibili conditione affirmativa, negativè concepta, veluti ſi digito Cœlum non titigeris puriſſima eſt, & poſt* Accuſium *in dict. Leg. impoſſibilis 7.* docent Iaſſon, ibi Cujatius, Donell. & Giſanius.

(F)

Et cenſetur impleta ex doctrina Divi Thomæ *in 4. diſtinct.29. artic.3. quæſt.3. & magis verborum Conceptione, & formula Orationis, quam effectu pro conditione habetur; vt agnoſcunt antiquiores relati ab* Acoſta *lib.1. Select. cap.8. nu.10. Leg. impoſſibilis 7. de verbor. obligat.* Hoc *eſt obligatio pecuniæ, quæ credita rectè dicitur cum verbis, quoque credamus quoddam actu ad obligationem comparandam interpoſito veluti ſtipulatione. Leg. 1. §. in fine de liberis, & poſthumis.* Doctores *in leg. 1. ff. de hæred. inſtit.* Donellus *in leg. conditio 100. num.2. & in leg. eum qui 41. §. fin. num.20. de verbor. obligat. & lib.8. Comm. cap.10.* Pichardus *ſuper inſtit. tom.1. in dict. §. impoſſibilis.*

## III.

NON ſolùm conditio natura impoſsibilis in contractibus eos vitiat, ſed & quæ iure talis eſt, vt illa: *Si hominem occideris*; ſive affirmativè, ſive negativè concipiatur: (G) Licèt alias de facto adimpleri poſsit; nam quæ contra Leges, bonoſve mores fiunt, nec nos facere poſſe credendum eſt. (H)

(G) *L.Conditio 9.& 14. L.filius 15. ff. de condit. inſtit.* Amaya *dict. lib. 2. obſervat. Iuris, cap.11.num.10.* Antonius Gomez *lib.3. variar. cap.12.n.15. L.iuris gentium 7.§ ſi ho: maleficum.ff.de pactis: nam vtrobique ſive affirmativè conditio concipiatur, vel maleficium fiat, ſive negatè, turpitudo ſaltèm ex parte recipientis verſatur. L. generalitèr de verb. obligat. L.ſi plagi ad l.Flaviã de plag.* Gothofr.*in d l.15.de condit. inſtit.lit.S.Cæterum inter vivos aſcriptam conditionẽ ius iurandi non reijci verius eſt; nam neque turpe eſt iurare in re honeſta, & ſeria.* Iulianus *in leg. 39. §. ſi quis cum debitore de iure iurando.*

(H) *Verba text. in d.l.15.de condit.inſtit. d.l.impoſſibilium 185.& 182.de reg.iuris,quo ſpectant verſiculi quos tradet gloſ. in cap.nemo 6. de reg.iuris in 6.* ibi: *Vltra poſſe meum non lex me iuxta coegi nec putat eſſe reum, qui totum poſſe peregit.& Caput. non eſt 58. eodem tit. & lib. & cap. ſi conditiones 7. de condit. appoſitis*, vbi Barboſa *in Collect.num.10.*

## IV.

INSVPER invaliditas ſtipulationis ſub impoſsibili, ſive ex iure, ſive

ve

ve ex natura conditione concepta, adeò protenditur, (I) vt quaſcumque ſtipulationes pœnales ſibi ſubiectas inutiles reddat, (K) cum ſtipulatio pœnalis ſubiecta turpi, turpis; ſtipulatio pœnalis ſubiecta impoſsibili, impoſsibilis in iure cenſeatur.

(I) Vveſembequius *in parali: iuris, ff.lib.42.ad tit.de verb. oblig.n.8.lit.A. Argum.legis non dubitamus 20. de condit. & demonſt.L.condit.9.de cõdit inſtit.* Anton.Faber *lib.6. Miſcel.cap.11. Argum.etiam l.ſi Titius 19.ff.de verb.oblig.* explicat Donel.*lib.45.ad tit. de verb.oblig. Bart.Alciat.& penè omnes communiter Interpretes, & Emilius Ferret. ad tit.de verb.oblig.*

(K) *L.non dubium,C.de leg.cum enim principalis obligatio, vt continens impoſſibilitatem nulla ſit, nec pœnalis acceſſoria.* Corraſius *vbi ſupra.L.iuris gentium,§.ſi ſtipul.ff.de verb.obligat. L.vna,C.de his quæ ſub pœnæ nomine,§.vlt.de legatis.* Balduinus *lib.3.inſtit.tit.19.de inutil.ſtipulat.* Don Antonius Chumacero *voluminis Cathedræ in Salmaticẽſis Academia Moderator in ſuis manuſcriptis ad l.7.de condit.& demonſt.l.6.§.rei turpis ff.mandati.L.57.ff.pro ſocio.L.35.§.3.de contrabenda emptione. L.61.l. 134.in principio de verb.obligat. L.2.ff.de inutilibus ſtipulati.*

## V.

VNDE nec abſimilis eſt, ante dictis conditio perplexa vulgo dicta, quæ non minus vltima voluntate, ac con-

tra-

tractum vitiat: (L) Verùm ſi impoſsibilitas in modo verſetur ſtipulationē valere, oririque actionem dicimus: (M) neutiquam verò cum impoſsibilitas in ſubſtantia extat, nam tunc obligatio conſiſtere nequit. (N)

(L)

Amaya *d.lib.2.obſerv.cap.10.n.9.l.3.§.filius intel.ff.de liberis & poſthum. L.Titius 16.de condit.inſtit.L.qui quadringenta* 85.*ad l.Falcidiam. L.ſi Titius 9.de verb.obligat. merito eam reijciũt* DD.*præcipuè* Gothofr. *in d.l.ſi Titius* 16 *de condit inſtit. L.* 3. *de condit & demonſtration.* Duar. *ad tit.de condit. inſtit. cap.*4. Donel.*lib* 8.*commun. cap* 32. *Nam qualitas conditionis efficit, vt neuter hæres exiſtat, ſed ſcriptura Teſtatoris, quæ ambigua, & perplexa eſt; tradit* Amaya *lib.*2. *cap.*11.

(M) *Argum.text.in l.ſi ſtipul.de verb.oblig.& l.apud Iulianum §.conſtat de legatis* 1. Balduin.*in h.§ noſt.num.*9.*& nu.*7.

(N) *L.non ſolum de oblig.& act.L.certi conditio § quoniam penult.ff.de rebus creditis. L.non ſolum* 30.*de obligat.& act.*

VI.

DEMVM quæritur; quatenùs impoſsibilis conditio contractui adiecta, cum reddat inutilem? In hac quæſtione, adeò contractum ſub impoſsibili, conditione factum nullius momenti

ti

ti eſſe credimus, vt neque obligationem naturalem, neque civilem producere proculdubio arbitremur: (O) cum impoſsibilium nulla ſit obligatio, imò nec fideiuſſorem obligationi accedere, (P) iuris ratio patitur.

(O)

D.*l.impoſsibilium de reg. iuris ex vulgari paremia ſcilicèt ad impoſsibile nemo tenetur, nec pacto. Leg. nam impoſsibile de pactis. L.ſed Celſus de contrahenda empt. L.ſi in emptione, §. omnium eodem tit: & in quocumque contractu apponatur,nõ parit obligationem d.l.non ſolùm de oblig & act.*Corraſ.*in d.l.*7.*de verb.oblig.n* 3. Petr. Faber *in dict.l.impoſsibilium & in l.*182.*& in l.*32.*de regulis iuris.*

(P) *L.ſi ſub impoſsibili* 29.*& l.*16.*de fideiuſ.L.ſub impoſsibili* 50.*eod.tit. Impoſsibile in principali, impoſsibile etiam acceſſorium.* Bald. *in dict.l.*29. Gothofr. *in l.*122.*§.*4 *de verb.obligat. & in dict.l.*29.*lit.§.* Corraſius *vbi proximè.* Duarenus *dict.l.*7.*de verbor.obligat. in fine. L. an inutilis in principio de acceptilationibus, & d.l.non ſolùm de oblig.& in l.*3.*de cond.& demonſt.*

Semel in prælio veſtræ me fideicomitto benevolentiæ, an gratum,adhùc neſcio,& timeo.*Tacit.*2.*Annal.*

---

Defenſurus adſtabit Don IOSEPHVS VALMASEDA, NAYA, ORO, & GVARDIOLA: Præerit D.PETRVS HIERONYMVS DE FVENTES, I.C.B.Locus Certaminis Cæſarauguſtanæ Academiæ Clauſtrum XIV. Novembris,hora 2.Veſpertina, Anno M.DC.LXXXVII.

# ASSERTIONES ACADEMICÆ BREVITER CONCEPTÆ:

*Ex Iuſtiniani ſententia in §. ſed, & certum 1. Inſt. de empt. & vendit.*

I.

CVM emptionis, (A) & venditionis ſubſtãtia ex pretio (B) potiſsimum æſtimetur nõ aliter hic contractus perfectus erit, quam ſi pretij,

(A)

*Huius contractus origo, & neceſſitas memoratur in l. 1. ff. h. t. & l. 44. de vſucap. Geneſ. cap. 17. & Hierem. 32. Ariſtot. lib. 1. politic. cap. 9. & lib. 5. ethic. cap. 8. Seneca de Benefic. lib. 5. cap. 13 Plin. lib. 8. natur. hiſt. cap. 56 Polydor. Virgil. lib. 2. de inventor. rer. cap. 20. Cujat. in d. l. 1. V. acon. 1. declar. cap. 14. Charond. veroſim lib. 1. cap. 1. Covarrub. de veter. numiſm. pot. cap. 1. num 3. Mantica de ambig. conv. lib. 4. cap. 1. n. 4. Abſolutiſſimè D. Nicolaus Fernandez de Caſtro ad princ. Inſt. de empt. & vend à num. 2 de vtriuſque vocis diſcrimine Moz. de empt. col. 1. n. 7. & 8. Forner. 4. rer. quotid. Muret. obſ. iur. 3.*

(B)

*Varronis lib. 4 de Ling. Lat. æthimologia populariter recepta quam*

&

(C) & quidem certi (D) conventio (E) interceſſerit.

& innuere videtur, l. 63 ad leg. Falc. l. 33. ad leg. Aquil. Donell. lib. 8. Com. cap 24. & ibi Oſsuald. lit. L Gœdeus ad l. 193. de V. S vtut. diſſentiat Nonius Marcellus de Ling. Lat. cap. 4. laudatus ab Hoppero lib. 4. Pythan. pag. 158.

(C)

L. 2. l 7. § 1. l 9. l. 35 § 5 & fin l. ſeq. l. 72. h. t. l. 9 l. 12. C. eod. l. 48 l. 55 l. 57. de oblig. & act. Caius lib. 2. Inſt. t 9 § 14 Donel. lib. 13. Com. cap. 1. & ibi Oſsuald. Duaren. ad tit. de empt & vend cap 7 Minchacha illuſt. controv. cap. 28. Albornoz de arte contract. tit. 9. Arias Pinel. plures referens ad rub. C. de reſc. vend. 1 part. cap. 1. num. 2. & 2 part. cap 3. per tot Nec. obſt. l. 1. § 6. de quæſt. l. 66 de iure dot. l. 38. h. t. iuncta l. 10. § fin. de adquir. poſs l. 46. locati. De imaginarijs venditionibus, quas adumbratas vocat Horat. 2. ſat. 5. obſer. l. fin C. de emanc. & tradit, & conſulendi Fab. in Iuriſp. tit. 9. prin. 5. illat. 21. Rev. Fab. & Gotofred. in l. 16. de reg. iur. Boet lib. 3. in topic. cic. 2. Alciat. lib. 3. parerg. cap. 12. Anton. Auguſt. ad ll. 12. tab. cap. 77. D. Hieron. de Aſſin, in tract. Academico ad tit. C. de contrahen. empt. in l. 3. nu. 9 Treuler. vol. 1. diſp. 28. theſ. vlt. lit. B. Fabian de Mōte in tract. de empt. & vend. quæſt. 5. à num. 21. Caſtro vbi ſupra n. 6.

(D)

L. 7. § 2. ibi: Valet emptio, & ſtatim impletur, habet enim certum precium, l. 37. h. n. t l. 12. de iure dot. l. 17. ad S. C. Vellei. l. 5. § 5. l. 31. § 3. de donat. int. l. 23. comm. div. l. 1 de rer. perm. l. 20. § 1. l. 25. & 46. locati Paulus 2. ſent. tit. 23. § 4 l. 3. 8. & vlt. C. de contrahend. empt. l. 21. C. de tranſact. l. 6. C. ſi cert. petat. lib. 2. feudor. tit. 9. § 1. Conan. lib. 7. Com. cap. 6. num 7. & cap 7. nu. 3. Petrus Gregor. lib. 25. ſyntagm. cap. 12. Anton. Gomez 2. variar. cap. 2. num. 9 Vacon. 1. declar. cap. 13. Duaren. ad tit. C. de patrib qui filios diſthr. latiſſimè Pinell. in rub. C. de reſc. ved. 2. part. cap 1. & 2. Fab. lib 6. coniect cap. 9. & 10. & in ration. ad ll huius n. t. Paz de empt. & vend. axiom. 10. num. 188. Morla in empor iur. part. 1. tit. 9. quæſt 9 Cujat. lib. 4. obſerv. cap. 26. & in d. l. 2. § 1. de contrahen. empt. Donell. 13. Com. cap. 1 & in rub. C. h. n. t. & in l. 9 C. eod. Petrus Nicolaus Mozius de cōtract. tit. de empt. & vend. Retes 1. Opuſc. cap. 18. Fabian. de Monte in tract. de empt. & vend. quæſt. 1.

(E)

Princ. Inſt. h. n. t. ibi: Simul atque de precio convenerit: Species enim intelligitur pecunia, non pretiū abſque conventione de eo, l vlt. de cond. cauſ. data. iuncta l. 5. § 1. de præſcrip. verb. Cujat. lib. 23. obſ. cap. 29. Oſſual. d. cap. 1. lit. S. Fab. 6. coniect. cap. 10. Duaren. ad tit. de cond. cauſ. data, cap. 2. Pinell. vbi ſupra cap. 3. quem refellit Morla vbi ſupra num. 23. iuncto Cobarruv. 2. variar. cap. 15. Nec obſtat tex. in l. fin. C. de præd. dec. lib. 10. l 1. C. de rer. perm. Morla ibidem, & num. 25. De venditionibus præter conventionem deſiderantibus ſcripturam, quidve aliud plura Caſtro vbi ſupra n. 76. & 160.

## II.

PRETIum dupliciter poteſt certum intelligi, vel quia certa quantitate (A) ſit præfinitum, vel quia relationem ad rem certam (B) contineat; vtroque modo, cum verê pretium certum (C) ſit, peracta emptio (D) valet.

(A)

L. 6. ff. ſi cert. pet. l. ſtipulationum 74. de V. O. l. Titius 34. ff. de pignor. act. l. hæc venditio, ff. de contrahen. empt. Iul. Pacius in Com. ad lib. 4. C. in rubr. ad tit. ſi cert. petat. n. 3. 4. & 5.

(B)

L. 7. §. huiuſmodi emptio, ibi: Huiuſmodi emptio, quanti tu eum emiſti, quantum pretij in arca habeo valet. ff. de contrahen. empt. l. ſi quis fundum 37 ff. eod. l. ſi pater, §. fin. de pact. dotal. l. 3. C. de ſentent. quę ſine cert. quant. profer. l. Ait. Prætor. § 1. de re iudic. l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit Oſſuald ad Donell. dict. cap. 1. lit. M. & N. Gomez d. cap. 2. num. 9. Nec obſt. text. in l 34. § 4. l. 51. de leg. 1. Videndus Iuſtus Sinoldus exercit. iur. diſp. 16 theſi 3.

(C)

L. vter 13. de cond. inſt. l. ſi quis ita, ff. de reb. dub. §. ſub certa, Inſt. de

*de legat. d. l. 6. ff. ſi cert. pet. Bene Iuſtinianus* Quę per rerum naturã certa ſunt, nõ morantur obligationem, licèt apud nos incerta ſint *§. pen Inſt. de V.O l. cũ ad præſens 37. & ſeq. de reb cred. l. ſed etſi 28. § vlt. de iudit. Morla in empor. iur. par 1. tit. 9. quæſt. 9 nu. 9. Fachin lib. 2. controverſ. cap. 1. Quidquid diſſentiat Mozius de ſubſtant. emp. num. 44. notatus à Fabian de Monte in tract. de empt & vend. quæſ. 5. num. 34. Pinel. vbi ſupra cap. 1. num. 3. Conan. lib. 7. Com. cap. 6.*

(D)

*L. ſi ita ſcripſero 38. de C. & D. incertitudo enim quæ ad certitudinem commodè referri poteſt, non viciat actum, l. cum pater 70. §. gener ff. de iur. dot. l. 3. C. de dot. promiſ. Faber in ration. ad d. l 7. §. 1. de contraben. empt. Si vero ex illo loco vel actu ad quem relatio fit, nulla ſit certitudo, non valet venditio, l. 37. ff. de contrab. empt. l. 100. l. ſi ita ſtipulatus 120. de V.O. l. inſtitutio 10. de condit. inſtit. l. eas cauſas 80. de C. & D.*

## III.

SVb iuſti pretij conventione emptionis contractus celebratus nullus (A) eſt, ita vt nec ſecuta traditione actio (B) vlla oriatur: Valet verò eo pretio, quo cõmuniter res in foro publico (C) vendatur, vti etiam cum certum pretium conſtituitur, & incertum (D) adijcitur.

(A)

*Arg. l. vlt. C. de contrabẽ. empt. in qua parte obſervandi ſunt text. in l. 10. §. vlt. ff. cõmun. divid l. 12. ff. de relig. l. 12. §. 1. in fin. de iur. dot. l. 1. §. 12. & 15. ff. ſi quid in fraud. patr. l. 3. §. 1. ff. de iur fiſc. l. 2. in fin. C. de reſcind. vendit. l. ſi fideiuſſor. 50. § meminiſſe de legat. 1. l. æquo 66. eod l. Titius 81. ff. de contrab. empt. l. ſi fundus, §. vlt. ff. de pignor l. Titius 34. eod. Donell in tract. de pignor. cap. de iur dom. impet. Morla d. queſt 9 nu 16. Mudeus tract de pig. cap. de pact. leg. comiſſor num. 34. Cujat. in l.*

2.

Va-

*2 § 1. de contrab. emptio. Balduin. de pignorib cap. 17. Arias de Meſſa, lib. 1. var. cap 37. D. Emman. Gonzal. Tellez in cap. illo vos de pignor num. 2. & in cap. ſignificante 7. eod num. 11.*

(B)

*L. 31. ff. de acquir. rer dom. vbi conventio ab initio nulla traditione non firmatur. Oßuald. ad Donell. d. cap 1. lit. O. Gomez vbi ſup. cap 2. num. 9. Pinel. in rubr. C. de reſcind. vendit. part 2. cap. 1. num. 19. licet contrarium teneant Fachin. 2. controv cap. 1. Bus in l. 1. de rer. permut. & in medio ſiſtat Vinn. in n §. num 2.*

(C)

*Ex tex. quem. ſingularem, & ita intelligendum commendat Gomez, d. cap. 2. num. 9. & cap. 3. num. 4. in l. excepto 18. C locati Picb. in n. §. num. 16. & in §. 1. de locat. & conduct. num. 6. latiſſime Vincentius Carocius in tract de locato, 1. part. quæſt. 3. licet refragetur Pinell. vbi ſup. cap. 3. num. 6.*

(D)

*L. 7. § fin. ibi:* Si quis ita emerit, eſto mihi fundus centum, & quanto pluris eum vendidero, valet venditio, & ſtatim impletur. *ff. de contrab. empt. l. Iulianus 13. §. ſi inter emptorem 24. de action. empt. l. ſi pater 12. §. ſi fundo 3. de pact. dotal l. 4. C. de dot prom. Faber in ration. ad d. l. 7. §. fin. & ad d. l. 13. §. 24. Oßuald. dict. cap. 1. lit. K.*

## IV.

VAlorem emptionis, cuius pretium in certæ perſonæ arbitriũ (A) ſit collatum, in ambiguo fuiſſe teſtatur (B) Iuſtinianus, qui tandem conſtitutione ſua robur ei (C) preſtitit.

(A)

*L. ſi in leg. 24. in princ. l. ſi merces 25. ff locati, l ſocietatem 76. ff. pro ſocio, l. ſi arbitratu 73. ff. de V.O. Corraſ. lib. 5. miſcell. cap. 17. Morla d. part. 1. tit. 9. quæſt. 9. nu. 12 Hothoman. lib. 5. obſ. cap. 12. Fachin. 2. controverſ. cap. 1.*

(B)

*L. vlt. C. contrab. empt. h. §. n. Donell. d. lib. 13. Com.*

cap.

An

*cap. 1. Gomez dict. lib. 1. cap. 2. num. 19. Pich. in § n. num. 35. Pinell d. part. 2. cap. 1. num. 4. Vin. in n. § num. 3 qui mediam fuiſſe ſentenciam memorat. Noviſſime Mancius in n. § num. 8. Tulden. in n. § cap 4 & nuper Andreas Deſſelius in addit ad Com. inſtit. Iacobi Zoeſij num. 7. Sinold. exercit iur. diſp. 16. theſi. 3. lit C..*

(C)

*Dict. l. vlt. C. de contrah empt. cuius verbis Tribonianus ſub nomine Caij vſus fuit in l. ſi merces 25 ff. locati vt teſtatur Cujat. in l. ſi quis arbitratu 43. de V. O. Pich. in n. §. num. 34. Franciſ. Raguellus ad 50. deciſ. Iuſtin. in d. l vlt. etſi diſſentiat Hotbom. lib. 5. obſer. cap. 10 D. Nicol. Fernandez de Caſtro ad dict. princ. Inſtit. de empt. & vendit. num. 136.*

(A)

*Movent hanc quæſtionem Donell. in abſolutiſſimo Comentario ad tit. de V. O in l. ſi quis arbitratu 43. Oſual. d. lib 13. Com. Donell. cap 1 lit. Q Morla in empor. iur. part. 1. tit. 9. quæſt 9. num 8. Hunnius lib. 3 var. reſolut tract. 2 quæſt. 14. Sinoldus vbi ſupr. theſi 3. lit. E..*

V.

AN boni Viri arbitriū electum ſit, cū pretium vēditionis in tertij arbitrium confertur, heſitationis (A) eſt? Et quidem negativam ſententiam eo nō definiente, (B) affirmativam eo arbitrante (C) propugnabimus.

(B)

*L. ſi coita 75. ff. pro ſoc & ideo eo non arbitrante emptio non valet, l. ſi merces 25. ff. locati, l. vlt. C. de contrah. emptio. l. & ideo 44. de V. O. l. ſocietatem 76. cum quatuor ſeqq ff. pro ſoc. l. 3. C. de dot. promiſ. l. cum poſt 69 § gener. de iur. dot niſi per emptorem ſtet quo minus arbitretur, arg. l. in executione 85. §. quicumque 7. de V. O. l. in iure de reg. iur. Nec obſt. tex. in l. in propoſita 78. ff. pro ſocio, l. hæc venditio 7. in prin. de contrah. empt. l. ſi in lege 24 in princ. ff locati, pro quibus Donell. in Com ad d. l. 43 de V. O. D. Nicolaus Fernandez de Caſtro vbi ſup. nu. 157. An idem in legatis obſervetur, conſulendi Donell. lib 8 Coment. cap 15. & in l. 43 de V. O. Cujat lib. 2 obſerv. cap. 2. Duaren ad tit. de hæred inſtit. cap 3 verſ. 6. Sarmiento lib 2. ſelect. cap. 6 Coſta lib. 1. ſelectar. cap. 21. Corraſ. lib 5. miſcell cap. 13. Conan. lib 10. Comm. cap. 16 num. 3. Robert lib. 2. ſentent. cap. 11 Charond. lib. 1. veroſimil. cap. 21. Arnold Vin. lib 2. ſelect cap 25*

(C)

*L. ſocietatem 76. ff. pro ſocio l. ſi libertus 30. de oper. libert l. maioribus 3. C. commun. vtriuſq; iudic. l. 6 pro ſocio, l. vir bonus 18 ff iudicatum ſolvi. Vnde ſi arbitrium ita pravum ſit, vt manifeſta iniquitas eius appareat, boni viri arbitrio corrigi poteſt, l. vnde 79. ff pro ſoc. Fab. in ration. ad d. l. 76. Nec obſt. tex. in l. vlt. C. de contrab. empt. & § noſt. in illis verbis: Tunc omnimodo ſecundum eius æſtimationem, & pretium perſolvatur, & res tradatur. Donell. in Coment. ad d. l. 43. de V. O. num. 19. Bachov. & Vinn. in n. §.*

VI.

QVid verò ſi pretij definitio in certæ perſonæ arbitrium collatum ſit, vnius tamen ex cōtrahentibus? Placet emptionem (A) valere. Vtrum quis debeat, an non, in poteſtate eius eſſe (B) nequit; quid, quantum, aut quando (C) debeat, poteſt. Totum hoc ius obſervandum (D) etiam in locationibus.

[A]

*Arg. l. 7 de cōtrab. emp l quod ſi ab initio 16. ff. de reb. credit l. Lucius 14 l fideicōmiſſaria 46. ff. de fideicom. libert. l. cum proponas 8. C eod. l. 69. de C & D l. 3 C de dot. & promiſſ. Donell. lib. 13. Cōment. cap. 1. quāvis diſſentiat turba interpretum Oſuald vbi ſup. lit. R Gomez lib 2. cap. 2. num. 19. Pinell. in rubr C. de reſcind. vend. part 2 cap. 1. num. 6. Morla vbi ſup num 6. Pichard. in §. emptio 6. Inſt. h t. num 2. & 8.*

(B)

*L. ſub hac 7 ff. de O. & A. l. ſtipulatio 17. l. à Titio 108 § vlt de V. O. l. in vendentis 13. C. de contrab. empt. l. 2. §. Scæbola, ff de eo quod*

*quod cert. loc. l. Senatus 45. §. Legatum, ff. de leg. 1. l. quod ſæpè 35. §. 1. ff de contrah. empt. l. fideicõmiſſa 11. §. quamquam, ff. de leg. 3. l. ſi fideicõmiſſaria 46. §. quod ſi ita, ff. de fideicõm. libert.*

(C)

*L. centeſsimis 46. § penul. ff. de V. O. l. vlt. ff. qui ſine manumis, quo ſenſu intelligendi ſunt text. in l. vxori 51. §. Scęvola de leg. 3. vt exponit D. Ioſeph de Retes lib. 4. Opuſc. ibid. § emptio 6. Inſtit. de empt. & vendit Robert. lib. 2 recept. cap. 12 Gomez 2 variar. cap. 2 num. 19 Nec obſt text. in l. quodcumque 45 § vlt. de V. O. iunct. l. ſi Titio 22. ff quand. dies leg. Acoſta lib. 2 Select cap. vlt. num. 8 l. Centeſsimis 46. § vlt. ff. de V. O. quam exponunt Hotoman. lib. 1. obſerv. cap. 8. Sarmiento lib. 2. Select. cap 6. num. 24. Acoſta d. cap. vlt.*

(D)

*D. l. vltim. C. de contrab. empt. h. § n. l. ſi merces 25. ff. locat. princ. Inſtit. de locat. & cond. Vbi Pichard. Vincent. Carocius in tract. de locato, tit. 1. de ſubſt. locat. queſt. 1. & ſeq.*

Aſſertor erit D. PETRVS EGVARAS FERNANDEZ DE YXAR. Præerit D. BRAVLIVS SALVADOR, & BERNAD, Iuris Civilis Batallarius: Kalendis Decembris, Anno M. DC. XC.
Hora, & loco ſoliti poſt meridiem.

Cæſar-Auguſtæ: Apud EMMANVELEM ROMAN, Vniverſitatis Typog.



# ELABORATIO AD §. LOCA SACRA §. LIB. 3. INST. DE EMPT. ET VEND.

## ASSERTVM I.

EMPTIONIS atq; venditionis contractum, ſine re, quæ veneat intelligi non poſſe, certi iuris eſt, (A) in eo enim id agimus, vt rei dominium in emptorem träſferamus. (B) Ideôque in his rebus, quas natura, (C) vel gentium ius, (D) aut civitatis mores, (E) hominum comertio exemerunt, conſiſtere nequit, (F) cuius generis ſunt Religioſæ (G) Sacræ, (H) ac publico vſui dicatæ; (I) cum hæc dum talẽ ſtatum obtinent, nullius ditioni addici poſsint (K) In-

(A)

Pomponius *in l. nec emptio 8. ff. de contrah. empt. l. in venditionibus. 9. ff. eod.* Donell *lib. 13. coment. cap. 1.* vbi Oſuald. *lit.* E. Anton. Fab. *in ration. ad dict. l. 8.* & omnes communiter Interpretes *ad princip. inſt. de empt. & vend.*

(B)

*L. naturalis. 5. ff. de Præſcrip. verb.* Donell. *vt i ſup.* & Oſual *lit.* D. Pichad *§. noſt. l. cum manu 80. §. vlt. ff. de contr. empt.*

(C)

Vt ſunt, aer, aqua profluens, mare, &c. *ex l. quædam. 2. de rerum diviſ. & ex §. & quidem iust. de rer. diviſ.*

(D)

Vt Flumina Portus, &c. *l. portus 59. de verb. ſign. l. præſcriptio 45. ff. de vſurp. & vſuc. & § flumina, inſtit. de rer. diviſ.* quem in Academicis exornavit D. D. Ægydius de Liſſa Veſp. Leg. Cath. Antec. Digniſ. *& §. riparum eod.* Cujat. *lib. 10. reſponſ. Pap. in d. l. præſcript. 4.* Hugo Donel. *lib. 4. comment. cap. 3. & 6.* ibidem Oſuald.

(E) Vt Theatra, Stadia, Muri, & Portæ, Civitatis, &c. ex Caio *in l.1.* Marciano *in l.8.* Vlpian. *in l.9.§.2.de rer.diviſ.* & ex Iuſtin. *in §. Sanctæ Inſtit. eod. tit.*

(F) *L.ſed Celſus 6.l.ſi in emptone 34.§.omnium 2. l.liberi 70. l. qui officij 62.§.1.de contrah.empt.l.inter ſtipulantem 83.§.Sacram.5.de verb.obligat.l.nemo 82.l.liber homo 103.de verb.oblig.l.qui res, §.aream de ſolut.l.ſi mihi alienum de ſolut.l.ſi ſervus de alim.l.1.§.9.de oblig.& act.l.35. de verbor.oblig.§.2.Inſtit.de invtil.ſtip.*Donell.*lib.12.comment.c.20.*Ibidẽ Olvald. *lit.C.*Idem Donell.*lib.4.cap.6.*Idem *in comment.ad tit.de verb.oblig. & ad dict.l inter 83.§.Sacram.*Anton.Fab.*in ration.ad tit.de contrah.emp.& præcipuè in l.4.5.6.22.& 73.* & coniect. *lib.3. cap.4.* Iacob.Cujat. *l.5. Paul. ad Sab.in l.5.& 23.h.tit.& lib.3.reſponſ.Pap.in dict. l.73* & *in comment.ad tit.de verb.oblig.in dict.§.Sacram l.83.*

(G) Vlpian. *in l.1.§.6.de relig.& ſumpt.fun l.ſi ſponſus 5.§. conceſſa,de donac.inter l ſi quis ſepulchrum 12.§.1.de relig.& ſump.fun.l.oſſa, §.ſi locus, ff.eod.l.ſacrilegij 11.ad l.Iul.pecul.l.5.de ſepul.viol.l.5 C.eod.l.2.l.9. C.de relig.DD.in §.religioſum inſt.de rer.diviſ.*

Illuſtrant Cicero *lib.2.de legib.*ibi: *Deorum Maniũ iura ſancta ſumpto,* & Martial.*lib.9.epig.31.* ait: *SanctamVrnam.* Catul. *carm.7.ad leſ. ſepulchra Sacra,* Senec. *ad Troad. act. 3. Tumulum Sacrum, & Sacram Sedem.* Quint. *declamat.10.* ibi: *Sacratos morte lapides.* Congeſsit, & alia Erudictiſsimus vir D.Emman.Gonçal. *ad text.in cap.13.de ſepul.*

(H) *L.3.C.de Sacroſ.*Eccleſ.& vendens ſymoniam committit, *text.in can qui ſtudet 11. cauſ.1.quæſt.1 cap.cum ex eo 2.de Reliq.& Ven. Sanct.* vbi latiſsimè Gonç.Tell.

(I) §.*Vniverſitatis Inſtit. de rer.diviſ.l.1.ff. quòd cuiuſque Vniverſitat. & l.13.de iniur.* Arnol.Vin. *ad dict.§.Vniverſitatis Inſtit.de rer.divit.*

(K) Omnes ſupra relati *expreſſus text.in l.6.§.1.de rer.diviſ.*Donell. *lib.12.comment.cap.20.*

## ASSERTVM II.

INter eas quoque res; quæ extra comertium ſunt, hominem liberũ referri non dubitamus, (A) ita vt ille ob naturalem

ſuam

ſuam dignitatem, à comertio exemptus reperiatur, (B) abhorret enim, vt ſit homo merx alterius hominis, pecuniaque comparetur is cuius cauſa pecunia, cæteræque res, quæ humanis vſibus deſervire poſſunt comparatæ fuerũt. (C)

(A)

*L.bona 27.§.1.ff.ad S.C.Velleian. l.1.§.id quod,ff.de oblig.& act. l.liber homo 130.l.continuus 137.§.cũ qui,ff.de verb. oblig. l.ſi quis liberum 20.ff.de probat.l.cum hæredes 23.§. vlt. l.vniverſa 130. §.1. de adquir. poſſ.l.vſucapionem 9.de vſucap. l vlt.*

C.

*C.de long. temp. præſcript. l. quædam 41.fam.ærciſc.l.vlt.de iur.Patron. l.1.§.per hanc,de rei vin.l.1.C.de Patr. qui fil.diſtr.l.ob æs alienum 12. C. de oblig.& act.l.quì filios 6.C.quæ res pign.l.1.§.ſed cum homo, l.vlt. ff.de his qui deijec.l.3.ff.ſi quadr.l.2. §.cum in eadem,ff.ad leg.*Rod.*& cap. lator.2.de pign.*

Illuſtrant præter relatos ſupra, Narbon. *de ætat.ann.20. quæſt.5.* Forcat.*in ſpher.leg.nu.25.* Felician. *de cenſ.lib.1.cap.8.*Othoman.*illuſtr. quæſt.quæſt.22.* D.Emman.Gonçal. *ad text.in dict.cap.lator 2.de pignor.* vbi Graña, & Barb.qui plures referunt.

(B) Probant, & illuſtrant Menchac.*lib.2.Illuſt.cap.82.num.13.*D.Frãciſc.Amay.*lib.3.obſerv.c.1.§.1.n.3.*D.Melch.de Valẽt.*lib.1.Illuſt.iur.tract. tract.2.cap.2.num.9.& ſeq.*Carranz.*de Part.cap.3.ex num.21.* Gibalin *de negot.tom.1.lib.1.cap.4.art.3.conſect.1.*relati à Gonz.*in dict. cap.2.de pignor.*

(C) *L.vetus 68. ff. de vſufr. l. in pecudum 28.ff. de vſurp .l. Iuſtiſſimi 44.ff.de ædil.ædic,§.in pecudum,inſtit.de rer.diviſ.* & ratiocinatur Cicero *lib.3. defin.*ibi: *Omnia hominum cauſa nata fuerunt,* & Ovid.*lib.1.metamorph. verſ.66.* ingenioſè cecinit, *natum hominem fuiſſe, vt poſſit inter cætera dominari.* Et Prophet.Rex.*Pſal.8.*ibi: *Omnia ſubiеciſti,ſub pedibus eius.*

## ASSERTVM III.

HVC ſpectat illud, quod Põponius ſcribit, (A) & liberi hominis, & loci ſacri, religioſivè, quę haberi non poſſũt, emptionem intelligi, ſi ab ignorante emantur, (B) æquum enim eſt, ha-

cte-

(A)

*Lib.9.ad Sabin in l.liberi 4.ff.de contr.emp.*

(B)

*L.quia difficilè 5.h.tit.l.liberi 70. eod.*Anton.Fab.*in ration. ad dict.l.5.*& Cujat. *lib.5. Paul.ad Sab.in d.l.5.*

ctenus ſaltem eum teneri, vt pretium, quod accepit reſtituat; (C) Ob idque emptori ex empto actionẽ competi; (D) non tamen, vt ea habere, tenereve liceat, quæ natura ſua haberi, aut poſsideri nequeunt. (E)

(C)

*L. & quod ſolverit 23. de contra. emp.* vbi Paul. hæc ait: *Et quod ſolverit eo nomine emptor condicere poteſt*, Ant. Fab. & Cujat. *ad dict. l. 23.*

(D)

Balduin. *ad noſt. §. verſ. Habet ex empto*, & communiter omnes inſtit. ad eund. §.

(E)

*L. qui officij 62. §. qui neſciens 1. ff. de contrah. empt.* & in ſimili caſu, ratiocinatur, *in l. ſi ſterilis 21. §. quamvis 2. de act. empt.* Anton. Fab. *in ration. ad dict. l. qui officij*, Cujat. *lib. 5. Reg. Modeſt. in d. l. 62.* Non obſtat *l. Oſſa, §. ſi locus 1. de Relig.* ſolvit. Idem Fab. vbi ſup.

## ASSERTVM IV.

Qvamvis prædicta iuri conſona, atque haud vlla diſtinctione iudicemus; tamen liberi hominis emptionem contra hi poſſe exiſtimamus, ſi inter ignorantes id fiat. (A) Idẽ placet, ſi vẽditor ſciat, emptor autẽ ignoret. (B) Quod ſi emptor ſciens liberum eſſe emerit, nullus emptionis, & venditionis contractus celebrabitur, nec ad pretium perſequẽdum, cum hoc emptor iactare videatur. (C)

Quam-

(A)

*L. Et liberi 4. ff. de contr. empt. & alij relati ſupr. in prox. aſſert. lit. B.* Quo pertinet celebris ſimul ac difficilis text. *in l. ſi vſufructu 23. ff. de liber. cauſ.* cui ieiune ſatis opitulantur Balduin. *in Scebolæ. ſive in Iuriſprud. Muiiana pag. 225.* Cujat. *lib. 50 Pauli ad edict in d. l. 23.*

(B)

*L. liberi 70. ff. de contr. emp. l. domum 57. ff. eod. l. ſi emptione 34. §. hominẽ liberum, & §. item ſi empt. ff. eod.* Cujat. *lib. 5. Paul. ad Plaut. in dic. l. domum*, Anton. Fab. *in ration. ad d. l. liberi, & ad d. l. domum. 57.*

(C)

*Dict. l. liberi 70.* & ſic ratiocinatur D. Emm. Gõz. Tell. *in cap. lator. 2. de pig. n. 6.* Quid ſi liber homo à duobus ematur, quorum alter id ſciat, alter autẽ ignoret? Emptionẽ valeret ex parte ignorãtis innuit, Paul. *in l. fin. ff. quibus ad lib. pro clam.* ex parte vtriuſque Vlp. *in l. liberis 7. §. ſi duo 3. ff. de liber. cauſ.* quorum Conciliationem, ſimulque huius celebris quæſtionis deciſsionem pete à Conano *lib. 2. com. cap. 1. n. 6.* Fabro *in iuris prud. Papin. tit. 3. princ. 1. illatione 3.* Hotomano *in §. ſervi. 4. enunciat. 3. inſt. de iure Perſon.* vel ſi mavis ex libris Baſilicon. *lib. 48. tit. 8.*

## ASSERTVM V.

Qvamvis emptio rei Sacræ Religioſæ, aut publicæ, cum hę res principaliter, & per ſe vendũtur, nullius momenti ſit; (A) valet attamen, quoties res iſtę modicæ ſunt, ac emptioni vniverſitatis bonorum, vel maioris partis fundi cedũt, vel accedunt, (B) quo caſu, & in empto rẽ tranſeunt per conſequẽtias, (C) niſi ſpecialiter à contrahentibus excipiantur. (D)

(A)

Iuſtin. *in h. n. §. & ex omn. fer. iur. ſup. relatis*, Exornant Inſtit. *ad §. 2. de inut. ſtip.*

(B)

Expreſſus text. *in l. in modicis 24. ff. de cõtr. empt.* Tacit. *lib. 1. annal.* vbi Dorlean. & Lipſi. notati, *dist. 194. l. quædam 62. ff. de adquir. rer. dom. l. 1. in fin. ff. de fund. dot. l. quod ſi vno 13. §. vlt. de in diem adiec. l. ſi ita quis 135. §. ea lege, de verb. oblig. cap. cum Bertoldus 18. de ſent. & re iud.* & prę ter laudatos à Pich. *in §. idem iuris, num. 16. inſtit. de inutil.* iungendi ſũt Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſ. 4. nu. 105. & ſeq.* plures congeſti *in adit. ad Molin. Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 24.*

(C) *Cap. ex literis 7. cap. cum ſeculum 13. de iur. Patr. cap. cum ſicut. eod. tit. l. 15. tit. 5. part. 5.* D. Emman. Gonz. *ad ea*, referens Covarr. Salg. Coſt. Olea, Hermoſilla, & alios.

(D) Vlpian. *expreſſis verbis in l. Hanc legem 22. l. pacta 72. §. Papinianus de contrah. emp. l. id quod 7. §. vlt. de peric. & com. rei vend.* ſic intelligendus text. *in l. ſi mercedem 53. §. 1. de action. empt.* iuncto eleganti, & electo text. *in l. 1. §. & aliàs 15. ff. ſi quid in fraud. Patr.* & illuſtrabis, *ex verbis*, Divi Ambroſij *lib. 1. de Abrahan. cap. 9. Sæpè cum alienationibus poſſeſſionũ, venales fiunt, quæ in eiſdem locis, ſepulturæ ſunt.*

ASSER-

## ASSERTVM VI.

RES itaq; vniverſæ hominũ comertio exẽptæ, non tantum puræ inutiliter in contractum deducuntur; (A) verũ, & etiã ſub cõditione, (B) quamvis nominatim in eum caſum nobis caveamus: *Si dari poſſe cæperit.* (C) Itaque improbata eſt iure huiuſmodi conventio: *Cum ſervus, cum profanus, cum privatus*, liber homo, locus ſacer, aut publicus efficiatur. (D)

(A)

Fundavimus ſupra latè *in prim. aſſert.* & tradit Duare. *ad tit. de verb. oblig. in dict.* §. *Sacram, l.* 83. & Cujat. *ad tit. de emp. contrah. in l* 4.

(B)

*L.* 27. §. *ſi liber homo, ff. ad l. Iul. de adult. l. eum qui* 14. §. *ſi filius de furt. l.* 14. § . 1. *ff. de ſerv. corr.* Gonz. *in d. cap.* 2. *num.* 6.

(C)

*L. ſi in emptione* 34. §. 1. *verſ. Liberum*, ibi: *Nec talis emptio admittenda eſt, cum ſervus erit. h. tit. l. inter ſtipulantem* 83. *d.* §. *Sacram, verſ. Adeo*, §. *idem iuris* 2. *inſtit. de inut.* Iacob. Cujat. *lib.* 33. *Paul. ad ædict. in dict. l.* 83. §. *Sacram, num.* 7. Anton. Fab. *in ration. ad dict. l.* 34. D. Emman. Gonz. Tell. *ad text. in cap.* 2. *de pign. num.* 5. Arnold. Vin. Pichar. Balduin. & alij *ad dict.* §. *idem iuris inſtit. de inut. ſtip.*

(D) Quia vt ait Paul. I. C. *in dict. l. inter ſtipulantem* 83. *de verb. oblig.* §. *Sacram, verſ. Homo liber*, ibi: *Caſum hunc, adverſamque fortunam ſpectari, neque civile, neque naturale eſt.* Hoc ipſum lata manu exornat, *ex l. ſed Celſus* 6. *de cõtrah. empt. & ex l. bona* 27. §. 1. *ff. ad S. C. Velleian.* D. Emman. Gõz. *in dict. cap. lator* 2. *de pign. num.* 5. dum probat: *Tales ominoſos caſus ſpectandos non eſſe*, innumeris ibidem relatis. Donell. *in comment. ad tit. de verbor. oblig. in dict.* §. *Sacram*, & ibidem Cujat.

Propugnator aderit D. BRAVLIVS SALVADOR & BERNAD, Iuriſprudentiæ Studioſus. Præſes GASPAR DEL CORRAL LOPEZ DE RVESTA Iur. Cæſar. Bachal. Locus certam. Cæſar-Aug. Clauſtrum. Die IX. Decembris. Hora Nona, ante meridiem. Anno M.DC.LXXXVII.

Cæſar-Auguſtæ: Apud EMMANVELEM ROMAN, Typog. Vniverſ.



# ACADEMICÆ ASSERTIONES
## OCTIDVO ELABORATV DISPOSITÆ.

### *Ad §. fin. Inſt. de loc. & conduc. lib. 3.*

I.

MORTVO Conductore, aut Locatore, Ambobusve, ante tempus locationis finitum (A) in eorum hæredibus obligatio permanet (B): idem iu-

ris

(A)

*Tempus locationi definiri ſolitum quinquenium erat l. ſi quis domum 19. §. 1. cum ſeq. l. item quæritur 13. §. penul. l. ſi in lege 24. §. 2. ff. loc. & conduc. l. 4. § penult. de reb. credit. l. ſi ſervus communis 18. §. cum ſervus 3. de ſtip. ſerv. l. 7. C. de loc l. 2. ff. ſi ager vectig. præter inſtitutionum Gloſographos notat Antonius Gomez 2. var. cap. 3 num 8. licèt ad omne vitæ tempus contrahi poſſet, vt idem Gomez dict. loco, & num. argum. tex. in l. 1. §. 1. ff. de ſuperficieb. Aug. Barboſ. in C. lib. 4. ad l. 9. C. hoc. tit. Balduin. hic in prim. Bacobius ad §. 3. inſt. hoc. tit.*

(B)

*Tex. in l. 19. §. ex conduc. 8. l. 60. §. hæredem 1. ff. hoc. tit. l. viam veritatis 10. C eod. l. ſi ſocrus 18. in fin. C. de iure dotium, l. filio fa-*

*mi-*

ris eſt, ſi talis contractus in facto, vêl artificio conſiſtat, (C) niſi cohęreat perſonæ, ita vt per alium explicari non poſsit. (D)

nium, ff. ſolut. matrimon. vt notat cum pluribus Pichardus ad hunc §. quibus addes Anton. Gomez in l. 40. Taur. nu. 84. Morla in impor. iur. tit. 10. quæſt. 2. nu. 2. qui plures refert, Fabrum in ſuo C. lib. 4. tit 42. diffin. 19. per totam. idem in rationali ad hunc tit. & tex. in dict. l. 60. §. hæredem 1. & paſim ſcribentes ad dict. l. 10. C. hoc tit. D Sebaſtian. Ortega, & Melgares, Salmanticenſ. in ſuo tract. ad Labeonem lib. 3. ſec. 1. num. 25. obſtat tex. in l. locatio 4. eod. de cuius compoſitione cum tex. in l. 8. §. quod à Titio, l. cum præcario 12. §. fin. ff. de præcario, videndus Pichardus ad noſtrum §. ex num. 8.

In rebus autem alienari prohibitis ita conſiſtit locatio in ſucceſſore, ſi ad modicum tempus fuerit conſtituta, & ſucceſſor ſit hæres bonorum locatoris, cæterum ſi ad longum non tenetur hæres contractui, Gomez vbi ſupra arg. d. l. 1. §. quod ait Prætor, ff. de ſuper. num. 84. vbi plura iuris afert teſtimonia.

(C)

Tex. in l. item ſi 22. §. cum inſulam, l. in operis 26. l. qui inſulam 30. §. qui mercedem. l. opus 36. l. qui operas 38. ff. hoc tit. Colligitur ab arg. generalis diſpoſitionis, tex. in d. l. 10. C. hoc tit. modo locari poſsint diſtintione ſervata quam affert Paulus in l. naturalis 5. §. 1. ff. de præſcriptis verbis. Donell. 13. coment. cap. 6.

(D]

Ex text. ſingulari, in l. veteris 13. C. de contra. & com. ſtip. Gomez vbi ſupra.

## II.

DIſimilis autem iuris ratio eſt in particulari ſuceſſore, nam is Autoris ſui obligationi obſtrictus non

non cenſetur (A) niſi ea fortè lege ſuccedat, vt locationi ſe obliget, (B) aut ſi Conductori ſuperficiei, emphyteuſis, hipotecęvê ſpecialis, in re conducta ius fuerit quæſitum. (C)

(A)

L. 9. C. hoc t. l. 25. §. qui fundum, ff. eodem, l. 59. §. 1. l. 66. ff. de vſufruct. l. 35. ff. hoc tit. notat Morla empori part. 1. tit. 10. num. 4. cum alijs, quos refert. Gomez vbi ſupra.

Limitari ſolet hæc regula in particulari ſucceßore Fiſci, & Eccleſiæ venditricis à Vaſco conſult. 40. item in ſucceſſore neceſſario, arg. tex. in l. in venditione 8. §. 1. de rebus autor. Iud. poſſiden. Auguſ. Barboſ. vbi ſupra n. 12. & in minore in locatione facta per tutorem ex ratione, l. ſi tutelæ 9. ff. de adminiſ. & peri. Tut. & in Muliere poſt divortium circa locationem factam à Marito vt tenent plures quos citat Petrus Barboſ. in d. l. 26. §. fin. ff ſolut. matrimon. ſed huic opinioni non conſentit idem cum alijs pluribus in explicatione d. l. 26. videndus à num 3.

(B)

Dict. l. 9. C. de locat. & ibi tenet gloßa, l. ſi creditor, §. fin. ff. de diſtrac. pignor. Molina de Primogenijs tractatu 2. diſp. 190. num. 3. Morla vbi ſupra num. 3.

Idem erit ſi poſt alienationem factam, emptor convenerit cum conductore, vt perſeveret notat Barboſ. vbi ſupra num. 15. quod, & obtinet ſi locator iuraverit non expellere colonum, tunc enim tenetur emptor ſtare contractui; idem Barboſ num. 21. quod, & locum habebit ſi ſciat emptor rem locatam eſſe idem num. 22.

(C)

Gloßa in l. 10. C. hoc tit. lit. D. ex tex. in l. 1. §. 1. & §. 6. ff. de ſuperfic. l. 1. §. 1. in fin. ff. ſi ager vectigal. Barboſ. vbi ſupra num. 16. Gomez num. 9. Mor. num. 7.

## III.

DVOBVS ſocijs conducentibus fundũ,

vno

vno mortuo hęres eius obligationem ſuſcipere non cogitur (A); planê ſi poſt mortem perſtiterit hæres in gerendis rebus ſocietatis altero conſtio cōductionis contractui permanet obſtrictus. (B)

(A)

*Arg. tex. in l. 4. §. vlt. l. actione, §. diximus, l. verum eſt 65. §. fin. pro ſocio, tex. in §. 5 inſt. de ſocietat. traddit Faber in ſuo C. lib. 4. tit. 42. definit. 36 per totam.*

*Imò ſi caverit teſtator hæredem ſuum in cōductione permanere non erit cogendus hæres eam ſuſcipere, argum. tex. in l. adeo, ff pro ſotio, iuncta l. diem proferre, §. 1. ff. de receptis arbit.*

(B)

*Aut certè imago quædam ſocietatis, vt loquitur Vlp. in l. 1. §. vlt. ff. de bon liber. facit ad rem, tex. in l. item quæritur, §. qui impleto, verſic. In Vrba. ff. loca. & ibi gloſ. Faber vbi ſupra.*

*Quo tamen tēpore debeat quis remanere in ſocietate vt tacitè videatur cōduxiſſe, Iudicis arbitrio relinquendum erit, arg. tex in l. 1. ff. de iure deliber. cū alijs quos affert Gomez vbi ſupra nu. 15. quo obſervato hæredem expellere non poterit locator, nec ſi paratus ſit præſtare quanti hęredis interſit quia contractus iſti voluntatis ſunt in principio, ex poſt facto autem neceſſitatis; ſed nec ipſi hæredi reſilire licebit, arg. tex. in l. 5. C. de oblig. & actionib. tradit Faber vbi ſup. & defin. 49.*

## IIII.

SI vſusfructuarius ius vtendi, & fruendi locaverit, eo mortuo nihil eius hæres debebit; (A) Cōductore autem mortuo huius hæredi debebitur. (B) Verum ſi planæ proprietatis Dominus vſumfructum locat, nihil hęredi ſuo debebitur, (C) locatore mortuo huius hæres debebit. (D)

(A)

*L. 10. C. de vſufructu, l. 9. §. 1. ff locat. l. 10. §. ſi vſus l. per ſervum 14. de vſu, & habit. arg tex in l. 8. §. vlt. ff. de peric & com rei vend. Nicol. Vigelius metod. Iuris Civilis part 5. lib. 19. cap. 1. excep. 16.*

(B)

*Quia morte vſufructuarij vſusfructus finitur, §. finitur inſt. cum vulgatis & reſoluto iure dantis reſolvitur ius accipientis arg tex. in l. lex vectigali 31. ff. de pignor.*

(C)

*Quia mortuo eo durat cauſa cōductionis nempè ius perſonale cohærens vſufructuario locatori ſuperſtiti iuxta terminos dict. l. 8. §. vltim. de peric. & commodo rei ven. notat D. Ioſephus de la Serna, & Cantoral, Calatravenſis Æques Primarius antiquior Salamantinus, ad academicum tract. de iurib. & actionib. quæ pignori dari poſſunt vèl non cap. 2. num. 18.*

(D)

*Probat itidem arg. tex. in d. l. 8. §. vlt. de peric. & comodo rei ven. quia vſufructuario mortuo ad Dominum proprietatis redit vſusfructus, & iſte tanquam ſucceſſor patticularis non tenetur ſtare contractui, vt Pichar. vbi ſupra num. 19. Aut ſi mavis cum Petro Barboſa vbi ſupra num. 6. quia plenum ius conſequitur proprietarius d. l. 9. §. 1. ff loca. Succeſſor enim vniverſalis eodem iure ſuccedit, quod non ſpirat morte conſtituentis vſumfructum d. l. 8. §. vlt. de peric, & commodo, l. 10. C. de vſufruct. cui acriter obſtat tex. in l. ſi ſocrus 18. C. iure dot. pro quorum conciliatione videndus Pichardus vbi ſupra à nu. 11. qui tamen confundit terminos vſusfructus cauſalis, & formalis.*

---

Propugnabit eas FRANCISCVS ANTONIVS FERRANDEZ, & GALLEGO, Iuriſprudentiæ Studioſus. Præerit PETRVS CAYETANVS NOLIBOS, & CASTILLO, Iuriſprudentiæ Bachalaureus. Dies erit 16. Menſis Decembris, Anno 1688. Ab hora 2. poſt meredìem.

---

*Cæſar-Auguſtæ: Apud EMMANVELEM ROMAN, Vniverſ. Typog.*

inſt. cum vulgatis, & reſoluto iure dantis reſolvitur ius accipientis arg. tex. in l. lex vectigali 31. ff. de pignor.

(C)

Quia mortuo eo durat cauſa cõductionis nempe in perſonale cohæreus vſufructuario locatori ſuperſtiti iuxta terminos diſt. l. 8. §. cum de peric. & commodo rei ven. notat D. Ioſephus de la Serna, & Caporal Cathedraticus Regni Primarius antiquior Salmanticenſis, ad academicum tract. de iurib. & actionib. quæ pignori dari poſſint vel non cap. 2. num. 18.

pietatis Dominus vſumfructum locat, nihil hæredi ſuo debebitur, (C) locatore mortuo huius hæres debebit. (D)

(D)

Probat itidem arg. tex. in d. l. 8. §. vlt. de peric. & commodo rei ven. quia vſufructuario mortuo ad Dominum proprietatis redit vſuſfructus, & ipſe tanquam ſucceſſor particularis non tenetur ſtare contractui, vt Pichar. vbi ſupra num. 19. Aut ſi mavis cum Petro Barboſa vbi ſupra num. 6. quia plenum ius conſequitur proprietarius d. l. 9. §. 1. ff. loca. Succeſſor enim vniverſalis eodem iure ſuccedit, quod non ſpirat morte conſtituentis vſumfructum d. l. 8. §. vlt. de peric. & commodo, l. 10. C. de vſufruct. cui acriter obſtat tex. in l. ſi ſocerei 18. C. locati, pro quarum conciliatione videndus Pichardus vbi ſupra d. nu. 11. qui tamen conſtanti terminos vſufructus cauſati, & formali.

Propugnabit eas FRANCISCVS ANTONIVS FERRANDEZ, & GALLEGO, Iuriſprudentiæ Studioſus. Præerit PETRVS CAYETANVS NOLIBOS, & CASTILLO, Iuriſprudentiæ Bachalaureus. Dies erit 16. Menſis Decẽmbris, Anno 1688. Ab hora 2. poſt meridiem.

Cæſar-Auguſtæ, apud EMMANUELEM ROMAN, Vniverſ. Typog.

# ACADEMICA

## ASSERTA

### *Ex §. Socius ſocio vlt. Inſtit. de Societate.*

I

SOCIETAS quæ ſacra res eſt, & quædam fraternitas animorum, (A) communionẽ, & obligationem inter ſocios induxit, hincque ortum habuit actio *Pro ſocio*, (B) ſic dicta à formula (C) ſub qua concipitur. Hæc actio vtrinque directa eſt, (D) & eiuſdem nominis, & quamvis generalis à I. C. Paulo (E) vocatur, nec propterea ſpecialis (F) aliquando incongruè dicitur: Eſt rei perſequutoria,

[A] *Verba ſunt Quintiliani Patris decl.* 320. *concinnit Vlp. in L.* 63. *ff. pro ſocio, ibi*: Cum ſocietas ius quodam modo fraternitatis in ſe habeat.

[B] *Sic dicta in l. ſi convenerit* 14. *ibi*: Pro ſocio actionem, *l. vt ſit* 31. *ibi*: Pro ſocio actio, *& l. ſeq l. planè* 37. *ff. pro ſocio*, §. *actionum, ibi*: Pro ſocio actio, *inſtit. de actionib.*

[C] *Quæ datur in l.* 65. § *ſi poſt, ff. h. tit. ibi*: Quod pro ſocio communitervè geſtum eſt, *vbi diſiunctio accipitur pro ſubdiſiunctione, ſive potius pro coniunctione, vt ex l.* 4. *C. de verb. ſignif. obſervat* Daniel Galtier. *in noſtr.* §.

[D] §. *ex quibuſdam, inſtit. de* pœ-

*pœnis tem. litig. Bartholus in l.2. de oblig. & act. & in l.17. C. de negot. geſt.*

[E] *In l 38. ff. pro ſocio.*

[F] *Arg. l. 5. in princ. eod.*

[G] § *Rei perſequendæ inſt. de act. & toto tit. ff. & C. de ſocietate, Vulteius. 2. Iuriſpr. 9.*

[H] §. *Actionum 29. inſt. de act.*

[I] *Videndus præ omnibus Azo in ſumma, C. de ſocietate, nu. 46.*

[K] *Dict. § ex quibuſdam, inſt. de pœn. tem. litig. l. 1. ff. de his qui notantur infamia.*

[L] *L. actiones 65. §. nonnunquam 15. ff. pro ſocio, Vulteius vbi ſupra.*

[M] *L. tandiu, C. de ſocietate, vbi Salicetus.*

[N] *L. verum, L. ſocium qui in eum §. 2. ff. pro ſocio, & §. ſed etſi quis 39. inſtit. de act. videndus Gonzalez Tellez in cap. Odoardus 3. de ſolut. n. 10.*

[A] *Actio pro ſocio* Iudicium ſocietatis *dicitur in l. ſed & ſocius 17 in princ. & l. ex contrario 22. ff pro ſocio, l. 2. C. eod.*

[B] *L. cum duobus 52. §. venit. 1. l. nemò 53. ff. pro ſocio. Pulchre Cicero. pro Roſc, Amerino,*

ibi:

ria, (G) bonæ fidei, (H) perpetua, quæquè hæredibus datur, & in hæredes, (I) & famoſa (K) quidem eſt, daturque cum durante (L) adhuc, tum finita (M) regulariter ſocietate, ſed non omninò competit in ſolidum. (N)

## II.

QVatenûs autem ſocius ſocio teneatur, & quid in hoc iudicium ſocietatis (A) veniat? diſceptationis eſt, cumque bonam fidem ſocium ſocio præſtare debere generaliter affirmetur, (B) quid hoc nomine bonæ fidei contineatur quæri ſolet: Dolum autem apertè contrarium eſſe bonæ fidei palam eſt, (C) & ſicut in omni iudicio præſtatur, adeò vt nec conventione cõtrarium effici poſſit, (D)

cum

cum ſit contra bonos mores, invitetque ad delinquendum, ſic & in ſocietate præſtari pro comperto habemus; Idemque de culpa lata, ob doli ſimilitudinem, & proximitatem (E) non abnegabimus.

## III.

SEd an doli dumtaxat, an etiam culpæ, ſeu negligentiæ nomine ſocius ſocio teneatur? dubitari poteſt, quod & à veteribus dubitatum fuiſſe conſtat, (A) nonnullis exiſtimantibus dolum, ſeu latam culpam tantum præſtandã eſſe, quaſi ſocio re communi, vt ſua negligẽtius vti liceat, imò & ipſa abuti quoque poſſit, nec vlla culpa in adminiſtratione rei ſuæ ei debeat imputari: (B) Prævaluit tamen ſententia eorum qui culpæ etiam nomine ſo-

cium

*ibi:* In rebus etiam minoribus ſocium fallere turpiſsimum erat; *& paulò poſt:* Rectè Maiores noſtri eum qui ſocium feſfelliſſet in virorũ bonorum numero non putarunt haberi opportere.

(C) *Dict. l. cum duobus 52. §. ſi quis ſocietatem 11. ff. pro ſocio. vidend. Cicero. lib. 3. offic.*

(D) *L. contractus 23. de reg. iur. l. ſi vnus. 27. §. fin. de pact. l. 1. §. ſi convenit, ff. depoſiti.*

(E) *L. 1. §. 1. ff. ſi menſor falſ. mod. dixerit, l. mulier 32. §. ſed enim, ff. ad S. C. Trebel. l. magna 226. de verb. ſignif.*

(A) *Dict. l. cum duobus 52. §. venit, ff. pro ſocio, quod & innuit etiam Iuſt. in noſtr. §.*

(B) *Arg. l. in re, Cod. de mandato.*

cium teneri arbitrabantur. (C)

IV.

SVcceſsit verò huic altera quæſtio difficilior, quia cum culpa, ſeu negligentia alia ſit levis, (A) alia leviſsima, (B) quæ culpa ſocio eſſet præſtãda? ambigebatur, & quamvis in hac quæſtione verba Iuſtiniani pugnare vulgo videantur, culpam levem (C) præſtare ſocium debere, non leviſsimam affirmamus, cum nec exactiſsimam diligentiam in re communi præſtare debeat, (D) ſatis enim eſt ſi eandem rebus communibus qualem ſuis diligentiam ſocius adhibuerit. (E)

V.

EX dictis infertur Iuſtinianũ plus in ſocijs requirere, quam in depoſitario, quia depoſitarius præ-

ſtat

(C) *Dict. l. 52. §. venit 1. & n. §.* ibi: Prævaluit, *l. ſi vt certò 5. ff. comm. l. non ob eam rem 25. & l. ſeq. l. nemò 35. & ſeq. l. ſocius ſocio 72. ex qua n. §. ſumtus eſt, ff. pro ſocio, l. contractus 23. de reg. iur. l. ſi ambo 10. ff. de compenſat.*

(A) *Cuius mentio eſt in l. Tutori 20. Cod. de negot. geſt. & paſim.*

(B) *L. in lege Aquilia 44. ff. ad l. Aquil. l. ſed ſi 26. ff. de adq. rer. dom.*

(C) *Quæ præſtatur in alijs contractibus cum gratia vtriuſque fiunt, l. 5. §. 2. ff. comm. l. ſi ſervus 118. §. cum quid 12. ff. de leg. 1. quam generalem definitionem eſſe, ait Modeſtinus in collatione legum Moſaicarum cum legibus Romanis tit. 10.*

(D) *L. cum res 47. §. penult. de leg. 1.*

(E) *L. quod Nerva 32. ff. depoſiti, quam exponit Oroz de apicib. Iur. lib. 5. cap. 5. vidend. Duar. in comm. tit. Cod. pro ſocio, cap. 4. diſentit Hotom. in epitom. ff. h. tit. & aliam*

ſen-

ſtat culpam latam, (A) ſocius verò levem; ſed quia aliquando evenit, quod culpa quæ in alijs eſt leviſsima in ſocio habetur pro levi, non vulgare aſſertum erit affirmare, in ſocio exactiſsimam diligentiam nonnunquam requiri, quod ſi alicui nodum hunc ſolvi non poſſe videatur, ei non *Deus è Machina*, (B) ſed ipſa Iuris ratio reſpondebit.

VI.

TAndem Colophonis loco ſubnectimus, rebus ex ſocietate communibus dividendis, & actionem pro ſocio, & actionem communi dividundo competere, ſed altera actio alteram tollit, (A) niſi in altera non dum mota plus fuerit: (B) Permittitur etiam ſocio experiri contra ſocium actione furti, itemque condictio-

ne

*ſententiam amplectitur Donel. in rubr. C. pro ſocio, num, 14.*

(A) *Dict. l. quod Nerva 32. ff. depoſiti, l. contractus 23. de reg. iur.*

(B) *Ariſtoteles de Poetica, cap.* 18. Manifeſtum igitnr eſt etiam ſolutiones fabularum, ex ipſa debere fabula venire, & non vt media è Machina. *Optimus locus Danielis Heinſi de conſtit. trag. cap.* 12. Solet autem vnicum eſſe effugium poetæ, cum quæ imprudenter connexuit ſolvere fœlicitèr non poteſt: Vndè Plato diſpenſationis tragicæ inditium eſſe dixit Machina, nihil enim eſt quod fieri à Deo non poteſt; quare cum plerumque inextricabiles fecerunt actiones finem miraculoſum imponunt, & ſolutionem petunt à Deo, quam inferre non poſſunt, cum nihil non diſolvi ſic poſsit.

(A) *Ita Proculus in l. pro ſocio 38. §. 1. ff. pro ſocio.*

(B) *L. ſi actum ſit 43. eod tit. l. quotiens 41. §. 1. ff. de oblig. & act. Cujac. 3. obſerv. 25.*

ne furtiva, ſi per fallaciam doloyè malo amovit, vel celandi animo contractavit rem communem; vt & legis Aquiliæ actione ſi damnum in re communi ſocius dedit: Sed his actionibus propoſitis, niſi pluris interſit ſocij agentis, ceſſat pro ſocio actio. (C) Et Aſſerta etiam noſtra deſinunt.

(C) *L. rei communis* 45. *l. ſed ſi cauſa* 47. *in princ. &* §. 1. *&* 4. *legibus ſeq. ff. pro ſocio, videndus Henrricus Bocerus par* 1. *claſi* 2. *diſput.* 5. *num.* 57. *& ſeq. Omnes verè Authores, qui de hac re ſcripſere, quis numeret? aut cui laudati non ſufficient?*

In Cæſar-Auguſtanæ Vniverſitatis Clauſtrō, aderit propugnator D. EMMANVEL SORNOZA, ET MVñOZ; Præſes D. PHILIPPVS GRACIAN, SERRANO, ET MARTINEZ, Iuris civilis in Sertoriana Academia Bachalaureus. Die 9. Decembris, Hora 2. poſt meridiem. Anno 1684.

*Cæſar-Auguſtæ: Apud hæredes Dominici la Puyada, Regni Aragonum, & Vniverſitatis Typographos.*



# ACADEMICÆ ASSERTIONES.

## OCTIDVO ELABORATÆ DISPOSITÆ.

### *Ad §. Solvitur. 5. Inſtit. de Societat.*

*Aſſertio I.*

SOCIETATIS contractus, quo inter aliquos res, aut operæ communicantur lucri in cōmune faciendi gratia, (A) morte vnius ex ſocijs ſolvitur, (B) & hoc genus diſtrahendæ obligationis in ſocietate ex natura ſua admitimus, cum in ea non tantum rei familiaris, vt fere in alijs contractibus; verum inſuper

etiam

(A)

*L. verum.* 63 *ff. pro ſocio. L. ſocietas.* 5 *L ſi non fuerint.* 29. *L. cum duobus.* 52. §. *quidam, ff. eod. tit.* tradit, lateq; illuſtrat Anton Pichard. *in rub. ad tit. inſtit. de ſocietate. num* 3. vbi plures refert.

(B)

*L. ſocietatem* 4. §. *diſſociamur. ff. pro ſocio. L. cum duobus.* 52. §. *Idem reſpondit ſocietatem. L. adeo* 59 *L. verum* 63. §. *fin. L. actione* 65. §. *morte. L. nemo* 35 *ff eod tit. L. furti* 6. §. *illud.* 6 *ff de his qui notant. infam. L.* 60. *ff. h. noſt.*

etiam fidei, & induſtriæ contrahentium, quæ ad hæredes non tranſeunt, contemplatio verſetur. (C)

*noſtr.tit.* Petrus Gregor. Tolosan. *lib* 27. *Sintagm. Iur. cap* 4.*num.*17. Donel.*lib.*16. *Coment.cap.* 24. Anton. Gomez *tom.*2.*variar. cap.*5.*numer.*6. Stephan. Gratian. *diſcept.forenſ.cap.*176.*à num.*1. Felicius *in tractat. de ſocietat. cap.* 22. *num.* 2. Auguſtin. Barboſ. *in collectan. ad lib.*4. *C. tit.*37. *pro ſocio. in L. cum in ſocietatis.*3. *num.*3. Vbi quam plurimos alios congerit.

Neque obſtat: Per furorem ſupervenientem ſocietatem non diſolvi *L.vlt.C.h.noſt.tit* preſertim cum induſtria deficiat, cuius contemplatione contractus inhitus eſt; Quia ſpes eſt ad ſanitatem correctum perduci poſſe. Oſſuald. *dict.lib.*16. *Coment.* Donell. *cap.*24.*lit.b.*

Noſtra hæc prima Aſſertio porrigi etiã debet ad mortem civilem, quæ per maximã, & mediam capitis diminutionem contingit. *L.verũ* 63.§. *fin.ff. pro ſocio*; Minima autẽ capitis diminutione ſocietas non ſolvitur. *L.actione.*65.§.*ſocietas.*11.*ff. pro ſocio*; Licèt ſocietas ad adrrogatorem non tranſeat, vt ait Conſultus. *in dict.* §.11. & eius Interpres Ant. Fab. quibus obſtare videtur *textus in L. ſi id quod.*58. §.*ſi ſervus.*3.*ff. pro ſocio.* Felicius *in dict. tract de ſociet.cap.*33 *nu.*5. Reſpondit. Quod etiam extenditur ad excomunicationem, quæ ſi contingerit in ſocio ſocietas ſolvitur, vt tenet Petrus de Vbaldis *in tract. de duob. fratrib. part.*11. *ſub num.* 1. Licèt contrarium aßerat Felicius *vbi proximè num.*8.*per text. in cap. Felicis.* §.*verum. de pœnis. in* 6. Supradicta etiam in ingrædiente Religionem procedunt, à iure pro mortuo habito. *ex L. Deo nobis.*56.*C.de Epiſc. & Cleric.*

(C)

Cæteri contractus vltra mortem contrahentium extenduntur. *L. ex depoſiti.*12 *de obligat. & action. L. ſi hominem.*7.§ *datur.ff. depoſit. L. viam veritatis.*10.*C. locat L. hæres in omne.*37. *de adquir. hæred.* in contractu autem ſocietatis, ſpeciale eſt, vt in hæredem trãſire non poſsit, quia in eo eligitur certa induſtria certæ perſonæ, *L.*5.§.1. *L. ſi non fuerint.*29. *L. cum duobus.*52.§ *vtrum ergo, ff. pro ſocio.* Iuſtin. *in noſt.* §. ibi: *Quia qui ſocietatem contrahit certam perſonam ſibi eligit.* Anton. Fab. *in ration. ad tit. pro ſocio, in dict. L. cum duobus.*52.§ *Idem.* 9. Arnold. Vinnius *ad noſt.* §. *num.*1. Probatur etiam ex deciſione text. *in L. inter Artifices* 31. *ff. de ſolut. & liberat. cap. quorum* Abbas *de Offic. & poteſt. Iud. delegat.*

## *Aſſertio 2.*

VSQVE adeo autem morte vnius ex ſocijs dirimi ſocietatis contractũ abſque vlla dubitatione defendere proponimus, vt nec ab inhitio paciſci poſſimus, quod hæres ſocij in ſocietatem ipſam ſuccedat, (A) quaſi & tale pactum naturæ ſocietatis contrarium, & ipſi conventioni repugnans admiti nõ poſſit. (B) Alioquin enim invitus quis ſocius efficeretur, & ſi ſocietatem coire renuerit. (C)

(A)

*L. nemo.*35. *L. adeò.*59.*ff. pro ſocio. L. veram.*63.§ *in hæredem.* 8.*ff. eod.* Felic. *in dict. tract. de ſociet. dict. cap.* 32. *num.*5. Conan. *lib.*7. *coment. cap.*13. *num.*12. Duaren. *ad hunc. tit. cap.*3. Nam licèt quiſquis cõtrahit, & paciſcitur id agit, vt non tantum ſibi, ſed etiam hæredibus ſuis conſulat. *L ſi pactum.*9.*ff. de probat.* Et nil bonæ fidei magis cõveniens ſit, quam pacta ſervari. *L.*1.§.*ſi convenit, & ſeq. ff. de poſ. L. in traditionibus.*48 *ff de pact.* In coheunda tamẽ ſocietate induſtria potiſsimũ eligitur perſonæ, vt iam diximus; induſtria autem futuri hæredis eligi nõ poteſt, quia incertus eſt, *L. qui liberis* 8. §.1. *ff. de vulg. & pup. ſubſtit. L ſciendum eſt.*70. *de verb. ſignif.*

Obſervat Anton. Faber. *in ration. ad dict. L. nemo* 35. *h. noſt. tit.*

(B)

An autem prædicta pactio ſi iure iurando firmata fuerit debeat obſervari? negat Alexander *in L. adeo.* 59. *ff. pro ſocio.* Afirmant Ioannes Fab. *in noſt.* §. Surd. *conſ.* 20. *num.* 19. *lib.* 1. & alij relati à Felicio *in dict. tract. de ſocietat. dict. cap.* 32. *num.* 40. vbi has pugnantes opiniones conciliare cum diſtintione conatur. *Et in nu.* 44. etiam adducit; An fideiuſſor tali pactioni adhærens obſtrictus maneat, quod etiam alia adhibita diſtintione reſolvit.

(C)

Ex ratione tex. *in L. actione.* 65. §. *ſocietas,* 11. *ff. pro ſocio.* reiecta

ta Ioannis Fabri ratione, nempê, quod ſocietas ſit odioſa tanquam, quæ diſcordias pariat, vt de communione dici ſolet. *L cum pater 77. §. dulciſſimis de legat. 2. L. in re cōmun. 26. ff. de ſervit vrbanor. præd.* Quippè aliud lōgè ius eſt ſocietatis, quæ ſit re ipſa nullo tractatu habito, quod evenit inter cohæredes, & legatarios; aliud vero in ſocietate, quæ ſit tractatu habito, & per electionē, & quæ id circo ius fraternitatis inducere dicitur. *L verū 63. ff. pro ſocio.* Nec rectius affirmarunt qui dixerunt: Ideo non tranſire ſocietatem in hæredē, quod alioquin aufferret ſocio liberā teſtandi facultatem. *ex L cum duobus 52. § Idem reſpondit ſocietatem ff. pro ſocio.* Id enim ad eum tantū caſum pertinet, quod certi hæredis perſona in coheunda ſocietate deſignata eſſet, nā ſi generaliter cōvenerit, vt trāſiret ſocietas in hęredē, quiſquis ille futurus eſſet; nō id circo libera teſtandi facultas tolleretur, vt nemo nō videt, & ratiocinatur Fab. ad *d § ſocietas.* 11.

Neque obſtat ſocietatem in perpetuū contrahi poſſe *L. 1. ff. h. t.* Vndè videbatur inferri poſſe, hanc morte ſocij non finiri. Nam reſpondetur: quod tunc in perpetuum coitur, vt tandiu duret, donec juſtis modis diſolvatur. Oſuald. *vbi ſup. lit K. ſic intelligendus* tex. *in L nulla. 70 ff. h. t.* cuyus hęc ſunt verba: *Nulla ſocietatis in æternum eſt coitio.*

*Aſſertio 3.*

INDVBITATI tamen iuris eſt, exceptas eſſe ſocietates vectigaliū, ſeu aliarum publicarum functionum, (A) in quibus huiuſmodi comventiones ob pu-

bli-

(A)

*Text. in L. adeo. 59. Text. in L. verum. 63. §. in hæredē. 8 ff pro ſocio.* Iacob. Cujat. *lib 10. Obſerv. cap 25.* Anton. Fab. *in dict. L adeo. 59. & in dict. L. verum 63 § in hæredem, L. 1 tit. 10. partit 5.* Anton. Pichard. & ab eo relati *ad noſt §. num. 7.* & omnes relati in prima Aſſertione. Hæc vt procedat concluſio Felicius tria refert requiſita, ſine quibus à Doctoribus eam non admitti ait: Primū, quod ſit expreſsè conventum. Secundum quod hæres ſit idoneus. Tertium quod ipſi ſocij cum locatore peciſcantur ſocietatem tranſituram ad hæredes, licèt hoc vltimum non amplectatur ipſe. Felicius *in dict. tract de ſociet. nu. 33.* An autem ſocietas trāſeat non ſolum ad primum, ſed etiam ad vlteriores hæredes? afirmat gloſ. *in L nulla ſocietas 70. ff. pro ſocio.* ex regula tex *in L. in animalib. 22. C. de legat.* negat tamen Baldus *in dict. L. nulla ſocietas. 70. h tit.*

*noſt.*

blicam vtilitatem (B) admitti poſſe iure cōſtitutum eſt, manetque hoc caſu ſocietas etiam poſt mortem ſocij, niſi forte is mortuus fuerit, cuius cōtemplatione potiſsimum ſocietatis contractus inhitus fuerat, aut ſine quo facile adminiſtratio expediri nō poſsit. (C)

*noſt.* At Decius *conſ. 212. n. 2. lib. 1.* fundat, quod ſocietas res publicas, & privatas continens, nullatenus tranſit ad hæredes, eo quia diſpoſitio facta in caſu ſimplici non habet locum in mixto in materia ſtricta.

(B)

Hanc atulit rationem Arnoldus Vinnius *ad noſtum §. num. 1.* diverſam autem adfert Anton. Pichard. *ad noſt. §. nu. 8.* aliamq; ſequitur Ant. Fab. *in racion ad d. L. adeo. 59*

(C)

*Text. in dict. L. adeo. 59. ff. pro ſocio in fine:* ibi: *Quid enim ſi ijs mortuus ſit, propter cuius operam maximè ſocietas coita ſit? aut ſine quo ſocietas adminiſtrari non poſsit?* Arnoldus Vinnius, Cujatius, & Antonius Faber, vbi nuper. hoc latiſsimè exornantes.

*Aſſertio 4.*

ETSI plures quā duo ſocietatem coierint, & vnus tantum ex his mortuus ſit, totam tamen ſocietatem diſolvi dicimus, (A) id eſt non tantum diſolvi quoad perſonam hæredis defuncti; ſed ita vt nec qui ſuperſunt ſocietati obligētur,

tur,

(A)

Expreſſa ſunt verba Pauli Iuriſcōſulti ad ædictum *lib. 32.* relata *in L actione. 65. §. morte. 9. h. tit* ibi *Morte vnius ſocietas diſolvitur, & ſi conſenſu omnium coita ſit, plures verò ſuperſint.*

tur,(B) quãdo ẽnim plures ſocietatẽ coeant, alij aliorũ contemplatione ad eam accedunt, vt proinde, vel vno ſublato, amplius in ſocietate manere nolle videantur. (C)

(B)

*Dict. L. actione.* 65. §. *morte.* 9. *ff. pro ſocio.* Donell *lib.* 16. *Coment. cap.* 24. *in princ.* vbi Iligerus Oſual. *lit. b* Felicius *in dict. tract. de ſociet. num.* 11. Anton. Fab. *in dict. L.* 65. §. *morte.* 9. Petrus de Vbald. *tract. de duob. fratrib. part.* 11. *ſub num.* 3.

(C)

Et quamvis fuiſſet contracta ſocietas inter plures, & quemlibet ipſorum in ſolidum, nihilominus vno mortuo ſolvitur, quoad omnes. tradit Alexand. *conſ.* 60. *lib.* 7 *num.* 1. Sed hoc nõ procedit, ſi ſocietas nomine collectivo, puta inter Titium, & hæredes Sempronij contracta fuerit; vno enim ex hæredibus moriente ſocietas durat cum cæteris, quia nomen hæredis collectivum verificatur in ſuperviventibus. *L. proponebatur.* 76. *ff. de Iudic. L. ſicut* 7. *ff. quod cuiusque Vniverſit. nom. &c. Cap. gratum. de poſtul. Prælat. & cap. ſi gratioſe de reſcript. in* 6. D. Eman. Gonzal. Tellez. *in dict. cap. gratum de poſtul. Prælat. num.* 4.

## *Aſſertio* 5.

SI in contrahenda ſocietate inter plures nominatim cõvenerit, vt vno mortuo, nihilominus inter eos qui ſuperſtites futuri ſint ſocietas permaneat, rata eſt inter vivos, & conſentientes huiuſmodi conventio, (A) ſunt enim diſi-

mi-

(A)

*L. actione.* 65. §. *morte.* 9. *ff. pro ſocio.* vbi Paulus *lib.* 32 *ad Editum*, ait: *Niſi in coheunda ſocietate aliter convenerit*, quæ iterum retulit Imperator Iuſtin. *in h noſt.* §. *in fin.* ibi: *Niſi in coeunda ſocietate aliter convenerit.* Anton. Faber. *in dict.* § 9. *dict. L.* 65.

milima pacta, quod hæredi ſocij in ſocietate ſuccedere liceat, quod improbavim⁹, (B) & pactum quod vno ex ſocijs mortuo inter ſuperſtites ſocietas contiuuetur, quod proculdubio admitimus. (C)

(B)

Cum Oſualdo, qui ait dict. *lib.* 16. *coment. Donel. cap.* 24. *lit.* C. ibi: *Pactum namque tale eſt contra regulas iuris, quo forma ſocietatis data eſt.* Omnia, quæ aducuntur in ſecunda aſſertione, vbi latè fundavĩmus. Extant etiã Iuriſconſulti verba *in dict.* §. *morte.* 9. *dict. leg.* 65. ibi: *Nec hæres ſocij ſuccedit.*

(C)

Quo pacto ſub audiendus eſt I.C. in dict. §. 9. reiecta emendatione Iacobi Cujatij lib. 10. Obſerv. cap. 26. qui ſic legit: *Morte vnius ſocij ſocietas omniũ diſolvitur, & ſi pluriũ diſſenſu coita ſit, plures verò ſuperſint.* Idem enim vulgaris lectionis, qui huius emendationis, ſenſus eſt; & ſic, quod in dicta Lege ſequitur; *niſi in coeunda ſocietate aliter convenerit*, nõ ſic accipi debet vt valeat pactio, ſi convenerit, vt in ſocij hæredem ſocietas tranſeat, contra quam ſcriptum eſt *in L. adeo* 59. Sed vt couventio valeat ſi in coeunda inter plures ſocietate convenerit, vt mortuo vno ex ſocijs, nihilominus ſocietas duret inter ſuperſtites; vt ratiocinatur Anton. Faber *in dict.* §. 9.

## *Aſſertio* 6.

ILLVD obiter monendi ſumus; cum morte ſocij ſolvi dicitur ſocietas, id non eo pertinere, vt heres ſocij nõ teneatur actione pro ſocio, (A) ex ea obligatione, quæ ſtante ſocietate nata eſt, aut vt nõ proponatur in eum actio, vt bo

nam

(A)

Erat namque dubitatio, eo quia videbatur extintam eſſe actionem; cum iam extintus eſſet contractus à quo oriebatur, præſertim cum Vlpianus *in L.* 31. *ff. h tit.* dicat: *Vt ſit pro ſocio actio ſocietatem intercedere oportet.* Jacobus atamen Cujat. *in comẽt. ad tit. C. pro ſocio.* Reſpondit: finita ſocietate agi pro ſocio *ex L.* 5. *C. h. tit. L. actione* §. *ſi poſt diſtractam. ff. eod.* Quia eſt actio generalis, quæ totius ſocietatis, quandiu conſtitit, rationem exigit. Sic dicitur *in L. pro ſocio* 38.

*ff.*